Hec egritudo i naso accidit ex opilatione fcā i foramīe ossis: qō a medicis dr̄ colatoriū ↄ illud foramē ē tortuosuȝ ↄ subtile i vltimo. ita q oculis pcipi nō pōt. Et cura hui⁹ ē odorare nigellā vl' acetū. ↄ h fȝ q cognoueris cōuenire ab etate ↄplōne ↄ tpe. Et pōt ēt accidere ab apate fcō i paniculo ibi exn̄te ↄ i illo ēt pāniculo ē foramē subtilissimū qō sēsui visus penit⁹ occultat̄: sȝ ab itellectu testificat̄ q ibi oīno eē dȝ. ↄ gnat̄ i h paniculo apa sic in alijs paniculis. ↄ efficit̄ h apa ex supfluitate fl'atica descēdente a catarro q̄ ibi retinet̄ ↄ cōgregat̄: ↄ īde dcm̄ apa pcreat̄: quare scire debes q qn̄ puatio odorat⁹ ab apate efficit̄ nihil oīno de sensu odoratus remanere repit̄. vn̄ tales egēt regimīe lōgo subtiliādo eor̄ dietā. ↄ vtēdo medicinis q̄ hn̄t subtiliare ↄ icidere dcm̄ hūorē. sic ē oximel ↄpositū factū cū passulis. vl' cū yreos. ↄ nō odorēt oīno odores acutos: sic scaunix q̄ nigella dr̄: sȝ odorare debēt flores de iassemi: vl' de narcisco. coqr he conueniētiores eē dn̄r i hac egritudīe. ↄ sūt de basilica flōmādi. ↄ nō remouet̄ h egritudo seu opilatio p maiori pte nisi ex narib⁹ exierit sanies cū sanguie mixta: qm̄ nā isti⁹ mēbri est nō posse terminare saniē ad albedinem pfectā. Et sic cōtinuādo oīa que dixim⁹ liberabit̄ deo dāte. Et hoc ēt nocumētuȝ accidere pōt ex flegmate qō assimilat̄ flegmati aquoso qō distillat ex naribus. Et est sine apate ↄ opilatiōe foraminis pdicti ossis: sȝ tegit̄ foramen pdictū a pdicto humore: q̄re dicta procreat̄ egritudo. Et cura huius leuis existit: quoniā fit solum distillādo in naribus oleum dulcium amigdalarum.

℄ Capitulū. II. Quod est de fetore narium.

Hec egritudo narib⁹ pcreat̄ ex hūore putrido ↄgregato ↄ retēto ibidē. q̄re ipol'e ē fetorē remoueri. dōec hūor pdict⁹ total'r expellat̄. Et n̄ accidit hec egritudo p maiori pte nisi hn̄tibus nasū simū. qr̄ū nares supi⁹ arcte existūt: sȝ alibi hec lati⁹ declarabo. Cura gdē hui⁹ ē distillare i nares aquā ifusiōis cētaurce assidue ↄ curabit̄ īde nutu dei

℄ Ca. III. Qō est de excoriatione ↄ scabie q̄ fit i narib⁹.

Rationabil'r hec egritudo narib⁹ hȝ supuenire: eo q sunt trāsitus ↄ uia supfluitatū. Sȝ in hoc loco curā ei⁹ ponere nō itendo: itendens eam reseruare donec tractabo de cura excoriationis in vniuersali ↄ scabiei.

℄ Capitulum. IIII. Qō est de polipo qō multotiens vel qui multiplex nominatur.

Multotiēs hec egritudo narib⁹ accidit ex hūore melācolico q pfūdat̄ itus in carne nasi ↄ ibidē iuiscat̄. Et curat̄ hec egritudo bibēdo assidue sqnçabin de melle plib⁹ dieb⁹. Et eua cua cōp⁹ seu purga cū isto medicamīe qō tibi dico. qō ℞. aloes succutrini agarici: turbith: sal' ↄ allei. an̄. aur̄. i. collogntide. ↄ nigelle recētl. epithimi cōfecti cū spēbus ↄ violar̄. an̄. q̄rtā ptē aurei vni⁹. amigdalar̄ dulciuȝ excorticatarū ad pōd⁹ oīuȝ cū q̄rta pte ipor̄ ex gūma arabica ↄ pistent̄ oīa pfecte: ↄ misceāt̄ cū syrupo sqnçabin. ↄ dosis hui⁹ ē pōdus. v. aureor̄ cū ciato vno aq̄ decoctiōis modici balasce cū octaua pte aurei vni⁹ ex diagridio. ↄ tātūdē masticis. Et si nō fuerit ↄueniēter purgat⁹ ex dcā dosi. ppinabis ei aureū vnū de codē seruādo optime abstinentiā: sicut cōuenit in laxatiuis. Et ciba eū pane optime fermētato: ↄ turturib⁹ ↄ auib⁹ paruis cōditis cū aqua ↄ sale ↄ modico olei ↄ aceti ↄ coriandri. Et propinabis etiam ei acetosa: ↄ blete similiter decocte cū carne castratina. ↄ sine carne ↄ modico olei ↄ aceti sunt ei ↄueniētia. Et naribus ipones liciniū infusuȝ in melle ↄ aceto simul: ↄ fcā

purgatiõe p̄dicta ꝛ positione p̄dicti liciny distillabis in nares succũ de scabaich anabamam: ꝛ ē rosa q̄ i frumēto nascit̄ in cāpis: vel succũ blete ꝛ vtat̄ his donec liberet̄.

℄ Incipit tractatus sextus de egritudinibus oris continens capitula octo.



℄ Capitulũ primuꝫ de diminutione ꝛ corruptione sensus ꝛ saporis lingue.

Hec egritudo principal'r euenit a comestione rerũ superflue salitarũ ꝛ acetosarum ꝛ acutarum in vltimo. Et cura huius est abstinere a predictis.

℄ Cap. II. Qđ est de apẽmate seu inflatione lingue.



Accidit ēt in ligua apa absq; dolore: qđ si vis apa ipsuꝫ potes noiare. ꝛ si nō: noiabis iflationē egredientē a nā. ꝛ pp hoc retinet̄ lingua ꝛ ipedit̄ in tm̄ ꝙ minime loqui pōt ꝯuenienter absq; difficultate. ꝛ cũ hoc nō mutat̄ seu alterat̄ color ipsius lingue aliquo mõ. Et he sũt egritudines que lingue maxime appropant̄. Et cura hui⁹ ē tenere in ore ꝛ ꝯducēdo p ipsuꝫ reꝫ que lingua dura noiat̄: ꝛ in arabico dr̄ haualnathaga: distēperata cũ oleo rosato: ꝛ cibus eius subtilis sit ꝛ leuis: ꝛ nō pigrescat oino in cura sui.

℄ Cap. III. Qđ ē de duricie ꝛ difficultate motus lingue.



Lingue ēt accidit diminutio ꝛ difficultas motus ꝛ sensus p̄pter nocumētũ p̄ueniēs in radice sensuũ ipsi⁹. aut p̄pter nocumentũ uel egritudinē existēteꝫ in mēbro: in quo sensus ꝛ mot⁹ ipsi⁹ lingue hꝫ euenire. Et cura hui⁹ ē cura quā dicturi sum⁹ in curatiõe vl'i de diminutiõe sensus totius corporis: ꝛ relaxatiõe ipsius: ꝛ medicamē p̄pium ꝛ p̄ncipale ipsi⁹ lingue ē masticare piretrũ ꝛ staphisagriā ante cibũ: ꝛ ducat p os oleũ ex cortice citri: ꝛ totuꝫ h̄ declarabo in suo loco deo ꝯcedēte. Et hec egritudo. s. difficultas: ꝛ diminutio nō accidit lingue p maiori parte: nisi ex toto p̄uet̄. Et hoc accidit p̄pter infusionē humiditatum venientiũ a cerebro in neruis ipsius.

℄ Cap. IIII. Qđ est de apatibus amigdalarũ gule.



Generant aũt h̄ apata in amigdalis gule existentibus p̄pe epiglotiꝫ. Quare si suspēder] asaꝫ fetidā collis istoꝝ remouebit̄ eoꝝ egritudo nutu dei flōmādo eos tñ p̄us ex cephalica ꝛ subtiliādo taliter eoꝝ regimen: sicut tibi videbit̄ ꝯuenire. Agēdo sil'r circa humorē effusuꝫ in loco hꝫ nãm ipsi⁹ humoris: put tibi meli⁹ videbit̄ exiget̄.

℄ Cap. V. Quod est de bothor.



Bothor ēt accidit in ore: ꝛ sunt pustule pue ꝛ rubee cũ excoriatiõe: sicut ꝛ in alys mēbris euenire ꝯsueuerũt. Et cura hui⁹ est vt accipias ex nucib⁹ recētib⁹: ꝛ teneris cũ corticib⁹ suis. ꝛ pistent̄ optime: ꝛ bullient̄ in aq̄ ꝛ colluat̄ os multotiēs cũ eadē: ꝛ mora ꝛ vinũ eoꝝ decoctum sũt sil'r medicina appropriata in hoc casu.

℄ Cap. VI. Quod est de cõquassatione dentium.



Conq̄ssant̄ dētes ꝛ pforant̄ ꝛ denigrant̄. Et hoc eis accidit p maiori pte ab hũore flatico. Et cura hoꝝ ē p̄ flōmare basilicā. ꝛ hec ē cura p̄ncipalis i hoc casu. ꝛ postmodũ flōmare venas q̄ sũt sub ligua. Et colluat̄ os cũ decoctiõe radicis helc: ꝛ radic] spagi: q̄ruꝫ ptes sint eq̄les. ꝛ si tp̄s fuerit hiemale: ꝛ eger senex extiterit: abluatur os ꝛ gargarismũ faciat cũ alkitrā subtili: ꝛ fricare facias dentes illoꝝ cũ isto puluere q hꝫ dētes ꝯfortare ꝛ abstergere ꝛ dealbar̄. cui⁹ hec ē receptio. ℞. ex hũiditate seu gũma: q̄ exit ex medulla seu corde arboris dactiloꝝ fcā scissura seu icisiõe i suo cortice: ꝛ ꝯburat̄: ꝛ ex ista ꝯbusta. ℞. ʒ. y. yreos ēt q̄rtā. ʒ. vni⁹. çuccari ad pōdus oiũ: ꝛ fiat puluis terēdo q̄dlibꝫ p se: ꝛ cribellādo subtilissime. ꝛ fricent̄ dētes cũ isto ante cibũ: ꝛ abluat̄ os cũ aq̄ tepida: ꝛ abstineat oio a cõestiõe ꝛ potu eoꝝ q̄ sũt cal'a actu supflue vl' frida.

℄ Cap. VII. Quod est de pforatione dentium.




Dentib⁹ ēt eueīt pforatio. ꝛ iā dixim⁹ id qđ hꝫ h̄ nocumētũ rēouere: ꝛ ē alachic. i. corniola: q̄m si fcō puluere s'btili ex ipa ꝛ fricatiõe dētiũ ex eadē in p̄n⁹ gnātiõis foramīs exerceatur. poterit dictũ nocumētũ remouere. Sꝫ si pforatio ꝛ corrosio ꝯfirmata fuerit: ꝛ de suba dēt] dep̄dita fuerit. nihil in remouēdo egritudinē ꝯferre videbit̄ sꝫ solũ cõseruabit ne vlteri⁹ pforatio ꝛ corrosio fiat.

℄ Ca. VIII. qđ ē đ stupor̄ vl' alligatõe vl' ꝯgelatõe dētiũ.



Dentib⁹ accidit hoc nocumētũ ex comestione acruminũ. Et pbatũ ē expiētia ꝙ comedere fruct⁹ habētes stipticitatē vel vnctuositatē vel viscositatē ꝯferũt in hoc casu. ꝛ hec alligatio dētib⁹ p̄pe accidere repit̄. s. sensus istius alligatio stupor vl' ꝯgelatio: qđ nulli aly mēbro eē repitur. Et firmauerũt ēt ꝙ comedere portulacā sil'r hꝫ h̄ nocumētũ remouere: ꝛ a me magl ꝯmēdaret̄ h̄ remouere si fieri pōt cũ aliq̄ alia re nō habēte acetositatē: q̄ꝫ cũ portulaca vel ei simili p̄pter sui acetositatē. Et si vsus fuerit aliquis fricatiõe dētiũ multotiēs cũ dulcib⁹ nō ꝯgelabũtur dentes de leui ab oibus acetosis.

℄ Tractat⁹ septim⁹ de egritudinib⁹ labioꝝ ꝛ oris: continēs capitula sex. ℄ Cap. I. Qđ ē de scissuris labioꝝ.




Et accidit labys hoc nocumētũ plusq̄ꝫ oib⁹ alys mēbris: ꝛ hoc pp hũorē malũ existētē i stõ ꝛ gnātũ a cõestiõe ceparũ. Et h̄ hũor ex sui nā calidus grossus ꝛ putridus existit. q̄re ex eo ascēdunt vapores ꝛ fũositates ad supiora. vñ dicte scissure p̄creant̄. Cõsulim⁹ g̊ talib⁹ syrupũ sgnçabī de melle dari: ꝛ lābere ēt ipsuꝫ dieb⁹ ml't]. ꝛ dei de eos purgari cũ yerapigra ml't] vicib⁹: ꝛ sic libabũt nutu dei. Et sit ꝯtēt⁹ de purgatiõe fcā ex yerapigra: eo ꝙ oia laxatia q̄ hñt violēter ꝛ ipetuose laxare trahũt hũores a toto corpe ad stõacũ: ꝛ purgāt totũ corp⁹ stõ repleto manēte. Et cũ h̄ ēt tal' medicia hꝫ totũ corp⁹ desiccare. q̄re hũor malus i suba stõi ibibit⁹ hꝫ remanere. ꝛ pp h̄ ab antiq̄s electa ē yerapigra i purgatiõe stõi p oib⁹ laxatis seruādo abstinētiā: sic fit ml'totiēs i alys laxatis. Et vnge labia ml'totiēs cũ oleo amigdalaꝝ dl'ciũ. ꝛ libabit̄ đo dāte.

℄ Cap. II. Quod est de alcola.



Alcola āt sũt pustl'e pue pũgitie q̄ it⁹ i ore oriunt̄. cura haꝝ ē tener̄ i ore oleũ pieaꝝ recētiũ: ꝛ rēouet̄ ēt hec egritudo cũ oī medicina stiptica absq; mordicatione.

℄ Cap. III. Qđ est de nigredie lingue.




Denigrat̄ ligua ꝛ scidit̄ in febribus acutis pp acuitatē ꝯplõis epatl. Et cura h⁹ ē curatio febris madefaciēdo liguā ml'totiēs cũ aq̄ rosata: i q̄ ifusa sint seia citoioꝝ diu. ꝛ sic curat̄.

℄ Cap. IIII. Qđ ē de fetore oris.



Hec q̄dē egritudo gñat̄ ex hũore corrupto existēte i stõ vl' circa dētes. Et cura h⁹ ē mũdificare stõꝫ cũ yerapigra: ꝛ fricare dētes cũ cortice arbor] nuc]: ꝛ abluere os cũ đcoctiõe coriādri. ℄ Cap. V. Qđ ē de tortura oris.



Ista egritudo in arabico dr̄ lachoa: ꝛ ē relaxatio fcā in vna ptiũ faciei: q̄ ps relaxata sana visui eē vr̄: cũ nō sit: sꝫ relaxat̄ ps ifirma: ꝛ fac̄ sanā tortā apparere. Cui⁹ curā memorabor cũ tractabo de curis relaxationũ mēbroꝝ. Hic autem itēdo ponere curā p̄priā istius. Et est euacuare: seu mũdificare os ꝛ mēbra ei adiacētia mastigādo grana de ramā. ꝛ post abluet̄ os cũ oleo corticis citri. Sꝫ remouet̄

causaȝ ⁊ radicē egritudinis est res vniuersalis toti corpori. Et hoc ꝯsurus sum cũ tractabo de purgatõe totiꝰ corporis in caplõ de diminutiõe sensus ⁊ relaxatõe vł' oĩuȝ mēbroꝝ. si deꝰ voluerit. ⁊ nob ad illõ ꝯcesserit deuēire.

℄ Cap. VI. Qđ est de corrosiõe labioꝝ.

Corrodũt ēt labia sic alia mēbra aliqñ corrodi ꝯsueuerũt. q̃re ipsiꝰ curã postpono donec tractabo đ cura vł'i oĩuȝ corrosionũ totiꝰ corporis ⁊ oĩuȝ cãrũ eaꝝ. Hucusq3 igit' breuiter ⁊ sufficiēter ꝑtrãsiuimꝰ de egritudinibꝰ ⁊ eaꝝ curis oĩuȝ mēbroꝝ capitis: remanet nobis solũ de passiõibꝰ oculoꝝ đterminare qbꝰ ꝯpletis ꝯplebit' ꝭmo oĩuȝ capitl passionũ.

℄ Tractatus octauus de egritudinibꝰ oculoꝝ que sunt multe. ⁊ est cõtinens capl'a trigintaria.

℄ Cap. I. Qđ est de halahol ⁊ ē vt res vna videat' due.

Scias ꝙ oculis accñtia ml'ta seu egritudines ml'te euenire pñt: ex qbꝰ vna est halahol. cuiꝰ due sũt spēs. vna ē ĩ neruo carnoso occł'to q̃ gñat' ꝑꝑ grossaȝ ꝯpl'onem patiētis. ⁊ põt ēt accidere ꝑꝑ grossaȝ mãȝ ibi fixã ⁊ ꝯgregatã. Cura huiꝰ est post purgatiõem si passio nõ fuerit inueterata inycere ĩ oculũ ex oleo rosato. Aut ꝑtes duas recipias đ eodē. s. oleo rosato. ⁊ tertiã de anetino. ⁊ misce simul. ⁊ distilla in oculũ vice post vicē donec liberet'.

℄ Cap. II. Qđ est de ĩuersatõe palpebraꝝ.

Accidit ēt oculis vt palpebre ĩferiores inuersent': in tm̃ vt rubedo ĩ loco illo nõ modica videat'. Et h̓ egritudo gñat' ex grossitudine materiei si q̃ intꝰ in palpebris orit'. Et pt ēt ex siccitate exuberãte in loco euēire: ſ3 h̓ raro accidere repit'. Et cura illiꝰ q̃ ex grossitudĩe materiei gñat'. est cura quã ꝓscripsimꝰ de halahol. s. distillatio in oculũ olei rosati. vł' rosacei ⁊ anetini siml': queādmodũ diximus. Sed que ex siccitate orit': vix aut nunq̃3 curari potest.

℄ Cap. III. Qđ est de pustulis ⁊ exituris oculoꝝ.

Palpebris ēt accidũt oculoꝝ pustule aliqñ ⁊ sũt ex hũore pessimo. Quaꝝ spēs sũt q̃ttuor. vna est ex hũore q melli assil'at'. Alia ex hũore est q lacti sil'is existit. Tertia ex hũore q pultibꝰ farĩe sil'is esse vr'. Et q̃rta ex hũore q lacti coagulato assil'at'. Et igrossant' ēt palpebre supiores ꝑter nãȝ. ⁊ h̓ accidit ex hũore viscoso coagulato sil'i lacti coagulato. Et orit' ēt aliqñ intꝰ ĩ palpebris egritudo q̃ halbarda ĩ arabico noĩat' ⁊ sũt grana q̃ grãdini assimilãt'. Et põt sil'r eis scabies supuenire. ⁊ ꝯglutinatio ēt palpebraꝝ adĩuicē. ⁊ duricies lapidosa. ⁊ cura pustulaꝝ ē vt cibet' patiēs subtil'r. ⁊ purget' multotiēs cũ yerapigra. ⁊ pone sup pustulã peciã vnã charobaꝝ recētiũ mutãdo eã oĩ die semel: ⁊ sic libabit' deo dãte. ⁊ hᶜ cura ꝯueniētior eē vr' q̃3 illa q̃ fit cũ incisiõe ex ferro vł' seta seu aliquo pilo. S3 extr̃here hãc pustulã cũ pēna alicuiꝰ auis sic alie pustule extr̃hi ꝯsueuerũt a me iudicat' incõueniēs. ⁊ he pustule ĩ oculis gñant' sic ⁊ in alys mēbris oriri ꝯsueuerunt. Sed qñ accidũt oculis: graues ⁊ ꝑiculosas valde eas eē iudicamꝰ cuȝ sit mēbꝝ subtile ⁊ đlicatũ ꝑ ceteris mēbris. Et cura haꝝ est purgare assidue corpꝰ cũ laxatiuis ꝯueniētibꝰ vnicuiq3 spēi. ⁊ vngere locũ cũ oleo rosa. facto cũ oleo amigdalaruȝ dulciũ. Et si sic nõ liberat' cirurgia indiget. q̃re si ꝑfectus erit cyrologus optime eas poterit remouere. ⁊ cura ingrossatõis palpebraꝝ ꝑter nãm est epithimare ĩpas cũ rebus stipticis subtilibꝰ ꝯfortãtibꝰ. sicut sunt rose recentes ꝓpter nobilitatē oculi. Et etiã vngere ĩpas cũ oleo rosato: qđ fcm̃ sit cũ oleo amigdalaꝝ dulciũ. S3 si ingrossatio ꝓdicta fuerit ex humore colerico acuto: nullo mõ tũc eas vngere debes oleo aliquo. ꝓhibitũ. n. est in omni mēbro vbi colera dñat'. S3 epithima eas cũ folys rosaꝝ recentibꝰ cõquassatis. ⁊ si nõ posses hr̃e de recētibus fac cũ rosis siccis mixtis cũ aq̃ rosa. Et ĩflatio supioꝝ palpebraruȝ a medicis scarnahe noĩari consueuit. ⁊ cura eius vł'is est purgar' corpꝰ cũ yerapigra ⁊ colognitida donec alleuietur egritudo. ⁊ rege eũ regimine subtili ⁊ desiccatiuo. sed in remotõe eius cũ ferro mihi valde timorosuȝ existit.

℄ Cap. IIII. Quod est de scabie oculorum.

Palpebris ēt intrinsecis oculoꝝ accidũt granula ⁊ scabies. Que granula dura sunt vt lapides. ⁊ etiã scabies aliqñ valde dura eē repit'. ⁊ q̃dã aliqñ minus dura. ⁊ deterior oĩbꝰ est illa q̃ corticibꝰ ficuũ similat'. ⁊ est inuiscata ⁊ ꝯglutinata intꝰ in palpebris. ⁊ granulosa q̃dē gnãta ē ex hũore grosso duro cõpacto ⁊ ĩ palpebris ĩuiscato. Cuiꝰ cura ē subtiliare regimē ipsiꝰ. ⁊ ex cibis magis laudatis ĩ hoc casu sunt aues que ꝓparate cũ almuri. ⁊ aceto. ⁊ decocte cuȝ aq̃ oleo ⁊ sale. ⁊ turtures ēt vtiles exñt: ex oleribꝰ blete ꝯmēdant'. ⁊ vngat' locꝰ assidue cũ oleo rosato facto cuȝ oleo amigdalaꝝ. Et si egritudo grauis facta extiterit ꝑꝑ insensibilitatē eiꝰ a ꝓncipio: aut ex negligētia curationis eiusdē. tũc cirurgicus scindēdo vel apiēdo cutiȝ extirpãdo ĩpa granula vel scabiē exterius curare d3. Et necariũ est oĩno vt cirurgi ꝑitissimi atq3 docti ꝑ ceteris existãt in anothomia mēbroꝝ. ⁊ ĩ cognoscēdo vtilitatē seu iuuamētũ cuiusq3 eoꝝ. ⁊ numeroꝝ eoꝝ. ⁊ suã positõeȝ ⁊ situȝ. ad hoc vt in errorē minime cadere possint. Cura q̃dē scabiei ē. ꝓmo corpꝰ purgare totũ post digõnē hũoris factaȝ cũ digestiuis ⁊ incisiuis. ⁊ qđ magis a nobis cõmēdat' est syrupꝰ squinzabĩ sactꝰ cuȝ passulis enucleatis ⁊ semibus vrtice. ⁊ ciba cũ pullis. Et si ĩdigueris frica scabiē cum zuccaro duro valde. ⁊ fcã fricatõe ⁊ abrasiõe. pone desup aquã rosatã in qua steterint semina cithõioꝝ. quousq3 ab inuiscatõe fuerit ĩspissata. postq̃3 fuerit collata. Et sic agere debes plus ⁊ minus ꝭm fortitudinē ⁊ debilitatem scabiei. Sed si lapidea fuerit. hoc est granulosa ad modum grandinis. cũ difficultate dissoluit'. Et in hac intēdere debes ĩpm regēdo cũ regimine subtiliatiuo ⁊ desiccatiuo. ⁊ purgãdo corpꝰ cũ eo qđ ꝯuenit. ⁊ si nõ sufficit cura ista. ad cirugiã redi: vt scilicet cum ferro extrahatur.


℄ Cap. V. Qđ est de ꝯiunctõe seu sigillatõe palpebraꝝ.

Quãdoq3 sigillant' palpebre ⁊ ꝯiũgunt' adĩuiceȝ. Cura hꝰ ē leuis. ⁊ fit separãdo palpebras seu diuidēdo vnã ab alia manu: vel incidendo ĩter ĩpas cũ virga aurea fcã ad modũ cultelli. ⁊ fcã incisiõe pone sup ĩpas vel intus albumē oui cõquassatũ cũ oleo rosa. facto cũ oleo amigdalaꝝ. Et nullus medicoꝝ ꝑter Gal'. de hoc oleo rosa. facto cũ oleo amigdalaꝝ mētionē aliq̃3 facit: ſ3 cuȝ sim exꝑtus ĩpm cognosco: ⁊ suã vtilitatē pluries iã ꝓbaui. S3 qñ palpebra in angulo lachrymali albugini oculi ꝯiũgit': tũc cura difficilis valde existit. Et hoc accidit ꝓ maiori ꝑte post incisionē vngule. Et cura hꝰ est ingēiose palpebrã anguli lachrymalis ab albugine eleuare vł' seꝑare. ⁊ hoc fieri d3 paulatine suauiter ⁊ plane ponēdo spaciũ inter vnã eleuationē ⁊ aliã. ⁊ hec eleuatio fieri d3 cũ spatula auri hoc est cũ instr̃o auri hñte latitudinē ⁊ planiciē in sui extremitate valde positã: ſ3 h̓ minime facere debes: nisi corpꝰ optime mũdificatũ atq3 euacuatũ extiterit. ita vt oēm certitudinē inde hr̃e possis ne apã vł' aliq̃ collectio in loco fieri possit. Et h̓ facto desup ponere debes oleũ rosaꝝ factũ cũ oleo amigdalaꝝ ꝯtinuãdo donec fuerit liberatus.

℄ Ca. VI. Qđ ē de pilis palpebraꝝ ĩuersis.

Inuersant' qñq3 pili ĩ palpebris: ita vt videãt' reuerti ad suã radicē: ⁊ intrãt ĩ ocl'is. vñ seq̃t' magnũ nocumẽtũ. Cura hꝰ ē corpꝰ multotiēs cũ yerapigra mũdificare. Et si ĩfirmꝰ fuerit robustꝰ ⁊ fortis misce cũ yerapigra aliq̃d đ collognitida. ⁊

extirpādo trahe pilos quotiēſcūq̧ oriūť. Et ſꝑ poſt extirpatōez vnge locū cū ſanguie veſꝑtiliōis. Et ſcire debes ꝙ aliq medicoꝝ hanc egritudinē curāt hoc mō. ſ. iuerſando palpebrā v̄ſus ſupiorē partez ꝯglutinādo eā ibi cū glutīe: ita vt nō redeat donec fcā ſit cauterizatio cū v̄ga auri ī radice piloꝝ. tñ a me nō collaudať cura talis: ſꝫ extirpare pilos ⁊ radicitꝰ ipſos euellere. ⁊ deſuꝑ ſanguinē veſꝑtiliōis ſic̄ diximus ponere cura laudabilis valde exiſtit: ſic̄ diximus in h̄ caſu. Et aliq ſunt q īcidēdo ſcindūt palpebrā. ſ. cutē deſuꝑ ī radice piloꝝ. Et ꝑ illā īciſionē deſuꝑ euellūt pilos: ⁊ deinde ſuunt cum filo ſubtili valde crude ſete. ⁊ poſtmodū pili redeūt ad ſtatū ſuū vel oriūť mō debito ⁊ nāli. Et aliq ēt ex cirurgis ſūt q mirabilē curā īuenerūt. ⁊ eſt iſta. ſ. vt capiať manibꝰ cutī ſubtilis palpebre ſupioris. eleuādo eā ſupiꝰ. ⁊ ponēdo eā inter duas petias arūdinis mō debito ꝑparatas: ligādo eas ex vtraq̧ ꝑte ſtricte. ⁊ dimittať donec putrefiat. ⁊ ſegregeť ⁊ ꝯſolideť ꝑ ſe. ꝯſiderādo tñ ne cutis palpebre in tm̄ eleueť vt ipā inuerſata poſſet remanere. ⁊ attēdere debes circa ꝯplōnē oculi regendo eū cum aqua roſata. ⁊ cū colliryȷs factis cū aq̄ roſata. ⁊ deforis ponēdo ſuꝑ palpebras emplaſtrū ex folyȷs roſaꝝ fcm̄: ⁊ dietādo eū ſubtiliter donec fuerit liberatus.



Cap. VII. Qđ ē đ caſu piloꝝ palpebraꝝ.

Uando hec egritudo accidit palpebris curari dꝫ cū lapide lazuli trito ⁊ puluerizato ⁊ exeo facto alchool ⁊ oculorum palpebris ponēdo quottidie ⁊ rectificando cibum.

Caplm̄. VIII. Quod eſt de generatione platularuꝫ in palpebris.



Eplatule oriunť in̄ palpebris ex ſuꝑflua hūiditate. Cura huius eſt corpus mundificare ⁊ oculis alchool ponere deſiccatiuum. ſubtiliādo cibū faciēs eū declinare ad ſiccitatē.



Cap. IX. Qđ eſt de ordeolo ī palpebris.

T palpebris accidūt puſtule ſiľes granis ordei que ex humoribus acutis procreanť. Et cura hoꝝ eſt cura puſtulaꝝ ꝑdictaꝝ.

Cap. X. Qđ eſt de fiſtula lachrymaliū.



Ec egritudo ꝓ maiori ꝑte accidit poſt aꝑa lachrymalis ⁊ apiť in lachrymali. Quare ſi pigritia ⁊ negligētia fuerit ī curatiōe hꝰ corrūpeť os. ⁊ aliqñ rūpeť aꝑa ſeu apiť intꝰ ī naſo ⁊ īde ſanies eūať. ⁊ pōt ēt accideř ꝙ ꝑdictū aꝑa rūpit intꝰ in tunicis oculoꝝ ⁊ īde corrūpunť. Cura āt hꝰ eſt. ꝓ corpꝰ vlr̄ eūare cū flōmia. ⁊ ī purgatōe ſufficiet ei yerapigra ꝯtinuādo eā. Et qr h̄ foramē ſiue fiſtula ſubtile valde exiſtit. iō tāgi ibi mīme pōt. Quare in eodē foramine ponere debes h̄ medicamē. ℞. thuris aduſti triti ⁊ puluerizati. ⁊ diſtēꝑeť cū aq̄ roſ. donec ad ꝑfectā nigredinē deueniat. ⁊ coleť. ⁊ ī foramīe diſtilleť quottidie donec libereť. Sꝫ ſi infirmꝰ puer fuerit vľ mulier: tūc thus īfra ꝑdictū cōburi dꝫ addēdo ei aliqd de puluere cartaꝝ aduſtaꝝ. Et ſi patiēs aſꝑe ⁊ dure ac terreſtris ꝯplōnis fuerit: tūc ꝑdictis medicis addere debes de caligīe furni vel camini diſtēꝑādo cū aq̄ ro. ⁊ colādo vt dcm̄ eſt: ⁊ ꝯtinuādo h̄ medicamē donec ītegre libereť. Sed ſi ſanies ꝑ nares exierit. tūc ſuccꝰ cētauree maioris vel marrubyȷ vice poſt vicē naribus inyȷciať donec exicceť. Et ſi ꝑdcā ſanies de ſub oclo emanauerit foris: graue ⁊ ꝑiculoſuꝫ eē valde iudicamꝰ. Quare eos bis tātū ꝑdictis purgare debes. Et ſitꝰ eiꝰ ꝓ maiore ꝑte eē dꝫ capite īclinato v̄ſus ꝑtē añriorē. cauēdo oīno ne reiectꝰ iaceat ſiue ſupinus: ne ſanies redire poſſit īde ad cerebꝝ. Et ꝯprime oclm̄ manu tua vel digitī leniter ⁊ ſuauiter. donec ſanies tota ꝓut poſſe fuerit egrediať faciēdo oclo curas ſupraſcriptas. Et đſuꝑ ponēdo emplꝫ ſtipticū ⁊ ꝯfōtatiuū fcm̄ ex roſis ⁊ balauſtyȷs tritī mixtī cū aq̄. r. frāgēdo ſtipticitatē balauſtiaꝝ cū mucilagīe ſemīs citōioꝝ ꝯtinuādo talia donec fuerit libatꝰ.

Cap. XI. Qđ eſt de carne addita ī angulo lachrymali.



T iā ab antiqs exꝑtū eſt ⁊ vidi eū eē ꝓbatū ꝙ apponi balaſſaꝝ in oculo: ꝯfert fiſtule ipſiꝰ: ⁊ ēt carni addite ī lachrymali. ponēdo ēt ibidē alchool cū īſtro ſeu ſtilo apto ad h̄ deſiccatiuū ⁊ abſterſiuū. Et qđ a me magī laudať. ē illđ: qđ fit ex ereuſto exercēdo illđ dōec fuerit libatus.

Ca. XII. Qđ ē de diminutōe carnis ī lachrīali.



Ec qdē egritudo accidere pōt ex appōne ꝯtinua mediciaꝝ acutaꝝ vľ ex inciſiōe fcā ibidez cū ferro. Cuiꝰ cura eſt in loco illo ponere emplm̄ fcm̄ ex thure maſticato cū penidyȷs. qm̄ ꝑfectiſſimū exiſtit in h̄ caſu.

Ca. XIII. Qđ eſt de egritudibꝰ accñtibꝰ in ipō oculo.



E qdē egritudines gñalr̄ grauiores ac duriores ⁊ ꝓfūdiores ꝑdictī exñt: ⁊ ex iſtis ēt aliq̄ ſunt q̄ grauiores alyȷs eē reꝑiūť. ⁊ certū ē ꝙ oculus ꝯpoſitꝰ eſt ex ꝑtibꝰ diuerſis. q̄rū vna ꝑ ceteris obtinet ꝑ̇ncipatū. ⁊ oēs alie ſibi ſūt ſuiētes: ⁊ ad ſuā vtilitatē totalr̄ ꝓcreate. Et h̄ qdē ꝑs ſiue oculus dicať. ſiue ipſiꝰ ꝑs noieť. eſt illa ꝑs de q̄ loqť Gal. Qr ſi ī eadē egritudo ſuꝑuenerit: deſtrueť ipā ꝑs nobilis ſeu ꝑ̇ncipalis. Et dř eē excellētior alyȷs ꝑtibꝰ. vel ꝑ̇oritate tꝑis. vel nobilitate. ⁊ iſtis duabꝰ rōnibꝰ a ph̄is vnaqueq̧ res alyȷs excellēs vel excellētior eē noiať. ⁊ ſuꝑ h̄ Ga. edificauit ſuū ſmonē in h̄ caſu. Quare cū egritudo ī iſta ꝑte ꝯfirmať. ſi aliq̄ đ cā in cura error aliqs acciderit eaꝫ oīno incurabilē eē iudicamꝰ. Et ſcire debes ꝙ ꝑtes oculi ſunt mľte: ⁊ ſcire atq̧ cognoſcere vtilitatē ſeu oꝑatōez cuiuſlꝫ eaꝝ difficile valde tꝑe Ga. erat in tm̄ ꝙ Gal. in corde ſuo ꝓpoſuit: nō reddere rōnē ſinglariter de ꝑdictis: nec eaꝝ cās ⁊ vtilitates declarare in libꝰ ſuo quē fec̄ de iuuamēto mēbroꝝ: ſꝫ ſolū de egritudibꝰ ꝑtractauit: q̄rū demr̄atōes erāt manifeſte. Ergo cū ſic ēt illo tꝑe q̄to minus iſto nr̄o īueniri debēt: q cū ſciāt medici ſint atq̧ rari q ſtudeāt in ſciētyȷs. tū ꝑꝑ intētōes q̄s hn̄t circa ſectas ſeu fides ſuas. tū ēt ꝑꝑ ītētiōes ⁊ ſtudiū q̄s hn̄t circa mūdū. Et tales ſť q vituꝑant ⁊ diridēt illos q ſecū nō ꝯmiſceť ⁊ ſecū nō ꝯmorant in ſuis potōibꝰ atq̧ cibis. q nō ridēt ⁊ trufanť cū eis. atq̧ q in plateis ſecū nō ꝯmoranť. Et q ꝑ ciuitatē ſecū nō īcedūt eūdo ⁊ redeūdo. Nūc āt rememorari ītēdimꝰ ſub breuitate accñtia q̄ ipſis oclis hn̄t ſuꝑueīre: ꝑtermittēdo eoꝝ cās. ponēdo tm̄mō q̄ ad ipoꝝ curas necīa eē ꝓbāť.



Ca. XIIII. Qđ eſt de ꝯpōne oculoꝝ.

Culus ſiqdē ꝯpoſitꝰ eē ꝓbať ex diuerſis tunicis. ꝑ̇ma q̄rū ꝓpe craneū ꝯmorať. ⁊ ē pellicula q̄ſi ſupra carnē inueſtita. Et poſt illā v̄ſus partē añriorē eſt alia tunica q̄ dř ſecūdina: ⁊ poſt illā. ſilr̄ ſeqť retina. Et ſunt ēt in oculo hūores ſeu humiditates pľes. q̄ruꝫ ꝑ̇ncipalior ⁊ nobilior eſt grādinoſa: ⁊ illa ꝑ̇ncipalr̄ inſtrm̄ viſus exiſtit: cui ex ꝑte īteriori v̄ſus craneū hūiditas vitrea apodiať amplectēs ipſaꝫ circulariter. ex illa parte deferēs ſibi nutrimētū atq̧ pabulū. vñ nutriť. ⁊ hec ipſiꝰ nā exiſtit atq̧ vtilitas. ⁊ ex ꝑte exteriori v̄ſus aerē albugineꝰ eſt amplectēs grādineū circlariter. ⁊ ei clipeꝰ atq̧ tutamē exiſtit. ⁊ illđ qđ circūdat ⁊ cooꝑit albugineū ex exteriori: ē tunica vuea hn̄s colorē nigrū tendētē ad viriditatē. Et poſt ſeqť ex eadē parte tunica q̄ cornea noiať. ⁊ eſt cooꝑiēs atq̧ circūdās vueā vndiq̧. Et in exteriori ꝑte poſita eſt ꝯiūctiua nō ꝯprehēdēs vueā atq̧ corneā totalr̄ ex omni ꝑte. Et nunc dimitto h̄ ponere ortū ⁊ gnātiōez iſtaꝝ. ne meus tractatus nimiū ꝓlōgeť. Et hoc manifeſtū eſt. ⁊ eis ꝯuenire videť cyrurgicis ⁊ manibus oꝑantibꝰ. Dico quidē ꝙ humor grādineus eſt radix ⁊ ſubiectū ſenſus viſus recipiēs ſpm̄ viſibilē per neruum obticū venientē a cerebro. ⁊ vnuſqſq̧ oculus habꝫ duos

neruos venientes a cerebro: et inde oriunt et sunt ambo obuiantes se in via. et postea diuidunt abinuicem. Et cuilibet oculo pertendit neruus qui tele retine coniungit. que est circundans vitreum. Et iste neruus postmodum diuidit et spargit et extenditur et subtiliat et coniungit cum venis pulsatilibus et non pulsatilibus ex quibus est retina contexta precepto diuine prouidentie. Et quilibet neruus existis neruis quando spargit et extendit habet opimentum defendens ipsum a nocumentis: sicut tunice vasis apponunt. et sunt etiam sustentacula sustinentia ipsos: sicut fibule ponunt in manubriis cultellorum. Et tunica quidem vuea vue assimilat: habens foramen vnum a quo lux extra emanat. Et sub ista est humor albuginei simul cum spiritu qui spiritus tendit ab humore grandinoso ad tunicam corneam. Et dicte tunice et humores omnes sunt defendentes grandineum a nocumentis. Et cum dico spiritus: intendo spiritum visibilem: quamuis quilibet aer valde subtiliatus spiritus possit nominari secundum sententiam medicorum: et non loquor de spiritu secundum sententiam dialecticorum. et ista dixi de spiritu vt ex equiuocis minime possit errari. Nunc sequitur tractare de propriis egritudinibus oculorum.

¶ Cap. XV. Quod est de pustulis et puris aparatibus oculorum.

Pustule et pura apata que oculis accidunt pro maiori parte rubea existunt. Sed pustule que in alchornea procreant ad albedinem tendunt. et generantur ibi. s. in alchornea sanies sicut fit in aliis membris causa alicuius pustule. Et potest etiam euenire ex corrosione. Et fit diuersificatio in pustulis puris: secundum diuersitatem suarum specierum. hoc est in duricie et mollicie: quando duricies seu dura pustula est: quando procreat sub paniculo tertio. et mollis quando sub primo orit. Sed pustula que sub cornea orit. si non est in directo pupille: non habet visum remouere. Sed si in directo fuerit visum remouet: atque priuat omnino: et laniatur cornea atque oculus exterius eminet.

¶ Cap. XVI. Quod est de variolis oculorum.

Variolarum quedam sunt parue quarum cura earum leuis existit. Et quedam magne: quarum cura difficilis existit. Quedam medie existunt. et fortior ex speciebus istarum est illa que eminet in tantum quod tangit pilos palpebrarum exterius et capiti clauuli similat et istius cura impossibilis existit. Sed si parua fuerit erit possibilis hec cura eius. ¶ Et scias quod differentia est inter variolam et pustulam: quoniam variola albedini pertinere videtur: sed pustula in sui radice nullam albedinem videtur habere. Et iterum ex variola possibile est vt pupilla torqueat. et a sua exeat rotunditate. Quare si parua fuerit tortura: sufficit tibi in cura collirium rosarum: siue fiat rosarum fricatum subtilissime cum albugine oui. et ponat in oculo gutta post guttam. Et subtilia regimen. et purga corpus cum eo quod conuenit. Et quod magis laudat in purgando caput est yerapigra sola si corpus fuerit debile et tempus obuiauerit: siue non fuerit aptum purgationi. et yerapigra cum colloquintida et medulla amigdalarum si corpus fuerit forte et tempus temperatum magis ceteris collaudat: sed attende quod ante purgationem incipere debes a flebotomia basilice si corpus robustum fuerit extrahendo de sanguine in quantitate magna. et si debile fuerit: et tempus non fuerit temperatum. minue ex cephalica trahendo in modica quantitate. Et conuenit in hoc casu istud fiat. quod ℞. seminis rosarum et corticis subtilis granorum pini et caude equine. ana aureos. v. licii et croci. ana ℥. i. sarcocolle. ℥. ß. seminis citoniorum. quartam partem. ponderis totius predicte receptionis. pistent optime et cribellentur subtilissime vnaqueque res sigillatim per se. demum plures simul reducant et sub aqua rosata cooperiant et permaneant in ea sic. iii. horis. et malaxa optime: et deinde permitte sic quiescere et aqua rosata clara que supernatabit remoueat. et quod spissum est et turbidum in vase vitreo recondat et permaneat sic donec induret. et tunc informent grana ad modum seminis coriandri: et cum necesse fuerit dissoluant cum albugine oui et in oculo distillet. terrestreitas vero et grossicies illa que remansit a turbido et spisso predicto in fundo vasis iterum pistet. et cum aqua rosata misceat. et super folia vitis extendat et clauso oculo desuper emplastret. Et in summa dico quod cura istius est subtiliare regimen continuando donec fuerit liberatus. Et scias quod quelibet variola que in vuea orit curabilis existit. preter illam que capiti clauuli similat.

¶ Cap. XVII. Quod est de dilatatione pupille et eius constrictione.

Hec quidem egritudo. s. dilatatio pupille. et eius constrictio maxime pueris habet euenire propter fletum eorum: sed possibile est quod constrictio ipsius sit naturalis. et illud tunc est valde bonum: eo quod spiritus visibilis coadunat et simul constringit et non in exitu disgregat: sed cum simul multus inde cum fortitudine exit. Et dilatatio quidem iterum accidit vel accidere potest ex concussione. seu percussione aut ex multa retentione anhelitus sicut accidit mulieribus in partu. Sed quando dilatatio est innaturalis: curatione indiget. et hoc cum fiet sibi conuenientibus et cum alchool. Et attende quod diuersificat cura ratione etatis et sexus: quoniam cura infantium et mulierum est cum scief. et senibus. et his qui sunt in vltima iuuentute cura fit cum alchool desiccatiuo. Et scief. infantium et mulierum est hec. ℞. succi corticis granatorum. ℥. i. scedenegi indi. aureos. iii. mandragore. camomille. seminis lini. ana aureos. iii. croci aureos. i. et semis citoniorum. ℥. i. psilii. ℈. i. Terant species subtilissime et cribellent per pannum spissum. deinde misce hunc puluerem cum succo predicto corticum granatorum. et cum. ℥. v. aque rosate. et cum aureos. x. succi memithe optime colati: et pone ad lentum ignem: et decoque donec inspissent ad modum paste: et fac inde pillulas ad modum ciceris: exiccentur in vmbra: et cum necesse fuerit dissoluat vna cum lacte mulieris recenter mulso: et ponat quottidie guttam post guttam in oculo. Sed si cum hac egritudine apa fuerit: incipe debes a flebotomia et a purgatione si etas non obuiauerit: et virtus fuerit fortis et tempus conueniens extiterit: et quando sic est: de basilica extrahere debes et in quantitate magna. Sed si virtus fuerit debilis et tempus ineptum fuerit: tunc de cephalica minuere debes: et in modica quantitate. ¶ Collirium competens illis qui sunt in vltima iuuentute et senibus: et etiam qui in senio sunt constituti. ℞. antimonii abluti: et thucie ablute lapidis ematitis lapidis lazuli et margaritarum: et floris balaustiarum. ana aureos. v. vnumquodque per se sigillatim optime terat: et cribellet subtilissime et misceant malaxando omnia cum aqua decoctionis. iii. aureos. floris mirtelle et seminis citoniorum et croci et seminis rose canine. ana aureos. iii. et fenugreci et viole. ana aureos. ii. omnia predicta conquassent et bulliant in duabus libris aque lento igne: donec ad vnam libram veniat: et colent per pannum spissum valde: et cum hac decoctione miscere debes malaxando puluerem predictarum rerum: postmodum exiccent. et iterum cum predicta decoctione misceant et exiccent. et hec decies fieri debet: et deinde exiccent et terant et cribellent subtilissime: et de isto puluere distemperato cum aqua rosata in oculo debet poni mane et sero donec fuerit liberatus. Et hic puluis non solum confert illi qui dilatationem pupille patit ab egritudine. verum etiam qui eam habuerit a natura. Sed si cum dilatatione fuerit apa. primo euacuare debes corpus cum flebotomia: et postmodum cum laxatiuis: sicut prediximus: emplastrando oculum desuper cum floribus rosarum recentium vice post vicem: vel cum coto nouo madefacto in aqua rosata optima et odorifera valde: donec sedatum fuerit apa. Et postea vteris collirio seu puluere senibus. scief. pueris sicut prediximus. Et pro certo habere debes quod si negligentia in cura extiterit pro maiori parte ad descensum aque in oculum habet deuenire.

¶ Cap. XVIII. Quod est de descensu aque ad oculum.

Et signa descensus aque ad oculum sunt disgregatio visus: et quod apparent ante oculos ipsorum quasi musce volantes vel cimices. et hec vniformiter eis apparent: tam ieiuno stomacho quam repleto. Et hec aqua generat ex fumositatibus et vaporibus ascendentibus a

ſtomaco ⁊ corpe ſupius ſucceſſiue vice poſt vicez. ⁊ ſimul
coadunanť ⁊ ꝯuertūť in aquā. ſicut manifeſte apparet in
balneo ꝙ ex vaporib⁹ a fumoſitatib⁹ reſolutis fit aſcēſio
ad ſupficiē. ⁊ ibi ꝯgreganť. ⁊ in aq̄ ꝯuertunť q̄ inferi⁹ gut/
tatiз cadit. Et ꝯuenit tibi in curatōe hui⁹ egritudis vt ſis
ſtudioſus in purgādo corp⁹ cū medicis laxatiuis: ⁊ nō ſuf
ficit tibi purgatio facta in hoc caſu cū yerapigra ſolū: niſi
cū ea miſceať aliqd de collogntida ⁊ aloe ⁊ ſemine fenicu
li ⁊ in arabico dr̄ beſbeg. ⁊ ſale ⁊ maſtice ꝓ cōfortatōe ſto
maci. ¶ Sз ſi virt⁹ fuerit fortis ⁊ tp̄s ⁊ etas ꝯueniens ex/
titerit. incipe debes a flōmia: ⁊ poſtea predicta purgatio
ſubſequi dз. Et in ſumma dico ſcire debes ⁊ minime obli
uioni tradere ēt ſi egritudo requirat ⁊ fortis exiſtat v̄tus
⁊ tp̄s ⁊ etas coadiuuauerint vt nullatenus flōmes corpe
ſtiptico exn̄tem. Qm̄ ſi feceris ad incōmoda ⁊ nocumēta
multa infirmus poterit ꝑuenire. Quare in tali caſu preue
nire debes adiuuādo eū cum rebus mollificatiuis. Et cū
dico mollificare: nō intelligo relaxare. cū hoc nomē equo
cum exiſtat. Et tibi ꝯuenit ſcire ꝙ mollificare ſtomacū ⁊
inteſtina: nō eſt idē qꝺ purgare. ſicut in hoc multi erraue
runt credentes ꝙ purgare ⁊ mollificare idē exiſtat: qm̄ ꝑ
mollificare intēdim⁹ id qꝺ educere hз feces lubrificādo
q̄ in ſtomaco ⁊ inteſtinis reꝑiunť: ſicut mercurialis oleo
cōdita facere nouit: vel incidēdo ⁊ abſtergendo ⁊ aꝑiēdo
ſicut fit cū almuri facto ex farina ordei vel frumenti: vel
incidendo ſolū ſicut cū aceto ſolo. ⁊ ſinapis ēt feces ⁊ ſuꝑ/
fluitates ſtomaci ⁊ inteſtinoꝝ educere pōt. ⁊ ꝑ tāto talia
minime purgare dicūť: qm̄ purgare ꝓpriē dr̄ expulſio fa
cta a medicina cuз electione. ⁊ abſtineat a ꝯ̄rys oīno. ⁊ ci/
ba eū pullis aſſatis cū modico pane optime fermn̄tato co/
medēdo paꝝ. ⁊ in ſero ad cenam. ſ. minime comedat. ⁊ co
medere pullos elixos cū brodio ī hebdomada tm̄ ſemel
nō nocet. Et ſi cocti fuerint cū rapis donec diſſoluanť con
ferūt: qm̄ rape oculis nō modicā ꝓprietatē hēre compro/
banť. ⁊ multotiēs firmiter aſpicere in oculis ſilueſtris aſi
ni expertū ē atqз certū mirabil'r eis valere. ¶ Et iteꝝ re/
memorati fuerūt optimi ex medicis antiqs ꝙ īclinare fa
ciem aꝑtis oculis ſuꝑ decoctōeз croci eis conferre ꝓbatū
eſt miro modo. ⁊ ſi ꝯtinuabiť hoc multotiēs: poſſibile ē vt
ille vapor inde diſſoluať ⁊ libereť oīno. ¶ Sз poſtq̄з fcā
eſt deſcēſio aque in oculū nō eſt laborandū: tunc circa eū
donec coaguleť ⁊ digerať ⁊ ad terminum mediocrē inter
ſubtilitatē ⁊ groſſiciē deueīat. ¶ Et poſtq̄з digeſta fuerit:
⁊ ad terminū ꝯueniētē deuenerit. tūc artifex laborare dз
in extrahēdo ipſam poſt purgatōeз vl'em totius corporis
⁊ ꝑtialē capitis. Et eſt neceſſe vt hic artifex in hoc ſit apt⁹
⁊ ſubtilis valde. ⁊ multotiēs exꝑtus: ne in hac oꝑatione
aliq̄з leſionem inferat alys partibus oculoꝝ.

¶ Cap. XIX. Qꝺ eſt de extractōe cataractaꝝ ab oculis.



Oportet qdē vt extrahať cataracta poſt ipſi⁹
perfectā digōneз ⁊ coagulationē: qm̄ ſi ante
feceris redibit aqua vt pus. Et cū dico extra/
here cataractā intellige ſane ꝙ impoſſibile ē
eā extrahere ſicut multi crediderūt: ſз ꝓfun/
dať cū acu inferius in ſpiſſitudinē oculi. Et facta ꝓfunda
tione ipſi⁹ extrahať acus de oculo. Et poſtmodū dз eē in/
firmus ī loco remoto ⁊ q̄eto cū omni abſtinētia ab omni
oꝑatione ⁊ exercitatōe ⁊ ab oībus que aliq̄з grauedinē fa
cere pn̄t. ⁊ ſic poſſibile erit vt libereنť cōplete.

¶ Capi. XX. Quod eſt de conſtrictione pupille natura/
lis ⁊ non naturalis.



Et ſcire debes ꝙ ꝯſtrictio pupille naturalis ⁊
a natiuitate eſt laudabilis ſicut ꝑ̄diximus: eo
ꝙ confert viſui coadunādo ſpm̄ viſibilē: ꝙ ſi
poſt natiuitatē hᶜ ꝓuenerit egritudo: aut erit
ex ſiccitate dn̄ante ibidē vel ex hūore aliquo
acuto locū illū deſiccante. ſicut apꝑet in pellib⁹ ſeu corys
ꝑforatis: qꝛ qn̄ exiccanť corrugant ⁊ ꝯſtringunť foramia.
Et ſiccitas qdē accn̄talis huic mēbro accidit: ſicut oībus
alys mēbris gnāl'r accidere pōt: ⁊ qn̄ accidit in quocunq̄з
mēbro fuerit difficilis exiſtit curatōis: ⁊ quaſi impoſſibi/
lis: ⁊ niſi hoc eſſet: poſſз artificialiter curuitas in ſenibus
remoueri. ¶ Sed laus ſit ⁊ gloria altiſſimo creatori qui
poſuit hoc eſſe impol'e ad certitudinē ſignificationis ſene
ctutis. Quare medicus ꝯtentus eſſe dз in humectādo ſo/
lūmō tm̄ vt naturalis ſeu radicalis hūiditas ꝯſeruari poſ
ſit. ⁊ vlteri⁹ minime poſſit exiccari. ¶ Colliriū ꝯueniens
huic. ℞. violaꝝ bugloſſe. an̄. ʒ. i. nenufar partes tres vni⁹
. ʒ. oīa hec ponanť in aq̄ pluuiali vel in aq̄ dulcis fontis ⁊
in ꝯuenienti vaſe: ita vt optime ſubmerſe ſint ſub aqua. ⁊
illud vas in altero vaſe maiori pleno aq̄ ponať. ⁊ ad ignē
bulliat tandiu donec aqua colorē mutauerit: ⁊ ꝑ̄dicte res
taliter ſint diſſolute: vt ad modū paſte deueniāt. Et poſt/
modū extrahanť ⁊ piſtenť fortiter ⁊ ponanť in pāno den
ſo ſubtili ⁊ fortiter exꝑ̄māť in ꝑapſide vitrea ⁊ mūda val
de. exicceť collatura illa in vmbra. ⁊ poſtmodū informēť
grana ad modū coriādri. ⁊ cū neceſſe fuerit diſſoluanť cū
albumine oui colūbe. ⁊ in oculū mane ⁊ ſero diſtillentur.
Et hᵒ colliriū multū vtile exiſtit mulieribus pueris ⁊ ſeni
bus. Sed oīno ſiccitatē remouere īpoſſibile eē dicimus.
Sed humectabiť mēbrū ad ſuā nālem humiditatē ꝯſer/
uādā. ⁊ iteꝝ albumē oui colūbe cū viſcoſitate gūmi ara/
bici in oculum diſtillatū ꝯfert ſimiliter in hoc caſu.

¶ Capl'm. XXI. Quod eſt de debilitate viſus ex penu/
ria ⁊ pauꝑtate ſpirituum viſibilium procedente.



Ec quidē egritudo pro maiori parte ſenibus
accidere cōſueuit ⁊ coitu ſuꝑflue vtentib⁹. Et
illis qui aſſidue firmiter in ſole aſpiciunt vel
in locis multū radioſis: aut ſuꝑflue ſplendēti
bus. Et cura huius eſt cōtinue comedere oua
columbarū decocta cum rapis: aut vitella ouorū gallina
rum elixata in aqua comedere cum ſale. Et iteruз in hoc
caſu cōfert comedere pullos columbarū ſilueſtriū abſq̄з
capitibus ⁊ collis coctos cum rapis. Et galline etiam cuз
predictis pullis ⁊ rapis decocte conuenientes in hoc caſu
exiſtunt: abſq̄з collis ⁊ capitibus ſuis/eo ꝙ capita iſtoruз
proprietatē probanť habere in faciēdo cecitatem. hoc eſt
nō videre poſt occaſum ſolis oīno: ſicut cerebra ipoꝝ pre
dictoꝝ proprietatē habere dicunť in augendo ſeu multi/
plicādo intellectuз. Et ius etiā predictoꝝ pulloꝝ colūba
rum ſilueſtriuз ⁊ gallinarū predictis cōferre dicіť. Et co/
medere etiā grana pini conquaſſata ⁊ poſita in ſucco ma/
loruз vtilia ſunt in hoc caſu. Et precipe eis vt multotiens
odorent mala odorifera: qm̄ multuз cōfert eis. Et hᵒ ſunt
ea que augent ſeu multiplicant viſibilem ſpiritum.

¶ Capl'm. XXII. Qꝺ eſt de ꝯſtrictiōe nerui optici.



Ec quidē egritudo accidit ex humore groſſo
⁊ viſcoſo opilante ip̄m foramen ſeu canalem
ipſius nerui: vn̄ ſpūs viſibilis habet ꝑtranſi/
re. vel ex cōcuſſione vel ꝑcuſſione ip̄m ꝯſtrin
gente: ſeu obturāte. Qꝺ ſi opilatio parua fue/
rit: ſequiť inde debilitas viſus: ⁊ ſi magna ⁊ completa fue
rit: oīno patiens efficiť ſine viſu: ⁊ ſignuз huius egritudi/
nis eſt: qꝛ ſi cōpreſſeris digituз ſuꝑ pupillā infirmi: pupil/
la alterius minime dilatať. Et pōt etiam accidere ꝙ opi/
latio erit in loco interſecationis vnius nerui ſuꝑ alteruз.
⁊ tūc in ambobus oculis viſus ex toto amittiť. Et ex hoc
admiranť medici ꝙ in vna hora priuatur viſus: ⁊ ex toto
amittiť in ambobus oculis. Sed non eſt admiratio illis
qui ſciunt anothomiā: qm̄ iſti duo nerui oriunť a cerebro
⁊ extendunť ad anteriora: ⁊ in medio frontis cōiunguntť
⁊ vniunť: ⁊ ibi interſecanť: quare ſi opilatio fuerit in lo/

co intersecatiōis ⁊ vnionis ipsoꝝ adinuicē fiet perditio visus in ambobus ex toto simul ⁊ semel. Et de hac egritudine dicit Gal. ꝙ est īpossibile ad sanādū. Sed mihi videtur ꝙ flōmia cephalice: ⁊ purgatio corporis totius: ⁊ capitis: ⁊ epithimare caput cū coto madefacto in oleo rosato: ⁊ lilioꝝ: ⁊ aneti mixtis ⁊ tepidis optimā faciēt opationem in isto casu. Et distillare etiā pdicta olea calida ex alto sup capitis partē anteriorē p subtilē canulā nō modicum cōferre videt̄. Sed in pncipio opilatiōis cōferre dicimus multū oleū rosatū: quo renouate fuerit rose recētes pluribus annis. Et cibi eoꝝ sint subtiles: ⁊ qui habēt stomachū ⁊ intestina ipsoꝝ mollia cōseruare: ⁊ lubrica retinere. ⁊ exerceas in istis toto posse: qm̄ iuuare poteris si opilatio fuerit debilis. Et possibile est etiā ꝙ pdicta opilatio fiat ex apostemate: q̄re ex pdictis dissolui pōt: ⁊ inde videbis ꝓfectū istius cure si aliqd de visu remansit: ⁊ opilatio nō fuerit ex toto cōpleta ⁊ cōfirmata. Qz si fuerit opilatio ex toto firmata ⁊ cōpleta: ⁊ ex toto visuꝫ amiserit: tūc desperatus sit sicut Gal. Sꝫ cū hoc toto abstinēdum est a cōtrarijs. ⁊ nō solū in ista egritudine. verū etiā in oībus totius corporis: qm̄ in egritudinibus pedū abstinentiā seruam⁹. Quāto magis in ista cuius sanitas tā necessaria existit. Et scire debes ꝙ oīa acuta habēt caput replere ex vaporibus ⁊ fumositatibus: sicut sūt cepe: ⁊ allea ⁊ his similia. quare visui potissime nocent: ⁊ materia oīno existunt cecitatis.

¶ Capitulum. XXIII. Quod est de humiditatibus oculoruꝫ.

Diminutio visus in oculis multarū est spēruꝫ que fit in humiditatibus: seu in humoribus oculorū. Et diuersificant̄ in grossitudine. ⁊ subtilitate: ⁊ in qualitate ⁊ quātitate. qm̄ possibile est vt ingrossent̄ pdicti humores vltra debitū sue nature. vel subtilient̄ aut multiplicet̄ in quātitate in eis humiditas accidentalis: ⁊ inde visus perturbatur turbatione leui. Et cū dico ingrossatio vel subtiliatio: aut excessus in quātitate aut qualitate: nō ītelligo vt sit elōgatio in his supflua multū a nāli dispōne: sed ꝙ incipit fieri elongatio. qm̄ qn̄ exitus a nāli dispōe in predictis fuerit cōpletus atq3 firmatus: tūc cura difficilis valde efficit̄: qr differētia nō modica existit inter rē que īcipit ingrossari: ⁊ eaꝫ que iam est igrossata atq3 firmata. Et medicus p se cognoscere oꝫ signa istarū rerū ex accidētibus infirmo supueniētibus. ⁊ studeat toto posse ut infirmus ad pstinā ⁊ nālē redeat dispōneꝫ remouēdo accidētia īnālia oīno. Et ista que dicta sunt sufficiunt illis solūmodo: qui diu in pdictis egritudinib⁹ per se pluribus vicibus opati sunt: vel illis qui lōgo tpe studuerūt in logica ⁊ in sciētia nāli. ⁊ experti sunt in cognitiōe rerū gnābiliū ⁊ corruptibiliū ⁊ hui⁹modi: ⁊ cū pdictis se iuuabūt: ⁊ non abbreuiaui hūc tractatū nō ponēdo pticularia cōueniētia in hoc: nisi ne multū ꝓlongaret̄ sermo in ipō. Et q̄uis opationes manuales oēs particulariter integre ⁊ pfecte cognoscā: Quia tn̄ ex sola visiōe alicuius vulneris anim⁹ me⁹ debilitat̄ in tātū ꝙ ad imēsaꝫ syncopim deuenio. iō hūc tractatū abbreuio pdicta particularia omittēdo.

¶ Cap. XXIIII. Quod est de egritudinibus que fiunt in mutina seu albedine oculorum.

Et accidūt in albedine apata: sic in alijs mēbris accidere ɔsueuerūt: ⁊ cura hui⁹ ē in pn° flōmia. ⁊ subtiliatio regimis ponēdo in oculuꝫ aquā rosatā in qua steterit i mollia liciū ⁊ semina cittonioꝝ tādiu donec aqua colorē mutauerit: ⁊ postmodū colet̄ ⁊ misceat̄ cū ea aqua albumē oui. ⁊ deinde in oculum quotidie distillet̄ donec liberet̄.

¶ Capitulum. XXV. Quod est de inflatione coniūctiue absq3 apostemate.



Et accidit hec egritudo ɔiūctiue ⁊ p maiori pte senib⁹ pp debilitatē sui caloris ināti. ⁊ fit etiam ex punctura musce: vel alterius sibi similis. Et cura huius est ponere cotum vel peciā lini madefactā in hac decoctiōe que ℞. floris camomille ⁊ semis lini. ana au℞. i. aq̄. ℥. ij. decoquatur vsq3 ad cōsumptionē quarte partis: ⁊ colet̄: ⁊ i illa colatura apponant̄ de albumīe oui au℞. ij. optime miscēdo: ⁊ distillet̄ i oculo quottidie gutta p⁹ guttā ea existēte tepida: deinde cotū madefactū in eadē desup ponat̄.

¶ Caplm. XXVI. Quod est de tassa que ē gutta rubea que fit in albedine oculorum.



Fit ēt hec egritudo in ɔiunctiua. s. macula rubea. vel gutta rubea ex pcussiōe pāni vl' sibi silis. Et cura hui⁹ est flomia cephalice si ifirmus poterit sustinere ⁊ flebotomare pulluꝫ colūbaꝝ sub ala. ⁊ illū sanguinē calidum distillare in oculum quotidie donec fuerit liberatus.

¶ Caplm. XXVII. Quod est de granulis generatis in albedine oculorum.




Fiūt ēt granula in albedine generant̄: sicut in pupilla ⁊ in alijs ptibus oculi fieri cōsueuerūt. Et cura hui⁹ est flebotomare cephalicaꝫ in pncipio: ⁊ purgare corpus ipsius cū yerapigra. Et post infundere semīa citrinoꝝ ī aqua rosata ⁊ ipsam tepidā quottidie in oculū distilla. ⁊ si post .iiij. dies in oculo aliqd remanserit. in pdicta aqua rosata miscebis aliqd licij ⁊ croci. ⁊ q̄to vetustior fuerit egritudo tāto magis addes ō licio ⁊ croco. ⁊ q̄to diminuit̄ egritudo. tanto minus de croco ⁊ licio. Et qō min⁹ de his poni dꝫ est vt in. ℥. pdicte aque ponas de vnoquoq3 octauā partē au℞. vni⁹. Et si multū ꝓlongaret̄ egritudo. nō nocet addere aliqd de mirra. Et postq̄ egritudo īcipit declinar̄ ⁊ remanet ī oculo de spissitudīe granuli ⁊ de colore ipsi⁹: vtere abstersiuis ⁊ mundificatiuis q̄ sint absq3 mordicatione. addendo aliqua q̄ habēt oculū cōfortare. Et si inueterata fuerit egritudo multū: fiat hoc alcohol. ℞. spume maris eris vsti. ana au℞. v. anthere ⁊ seminis floꝝ maloꝝ granoꝝ. ana au℞. ij. dardachic. au℞. x. pistet̄ vnaqueq3 istarum p se. ⁊ cribellent̄ subtilissime ⁊ misceant̄ cuꝫ aceto: ⁊ postmodū exiccent̄: ⁊ iterū terant̄ ⁊ cribellent̄ ⁊ misceāt̄ cū succo feniculi. ⁊ iteꝝ exiccēt̄ ⁊ terāt̄ gnges ⁊ misceant̄ cū aqua rosata valde aromatiçata terendo ⁊ exiccando. ⁊ postmodū cribellent̄ subtilissime p pānuꝫ spississimū. ⁊ cōseruent̄ optime ī vase vitreo. ⁊ cū necesse fuerit mane ⁊ sero de eodē in oculo ponat̄ donec fuerit liberatus.

¶ Caplm. XXVIII. Quod est de sebel.



Fit etiā h egritudo in ɔiūctiua euenire repit̄ multotiēs. ⁊ est quedā ɔtextura rubea facta in supficie ɔiunctiue seu albedinis oculoꝝ. ⁊ noīant̄ in arabico vene altheben: ⁊ nō sūt vene ꝓcedētes ab epate: nec arterie a corde venientes: sed venis assimilant̄ q̄ īuolute sunt ⁊ cōtexte supra albuginē. ⁊ aliqn̄ in tm̄ extēdunt̄ ꝙ nigrū coopire reperiunt̄. Et ɔuenit medico in pncipio isti⁹ egritudis vt sit studiosus in purgādo infirmum ⁊ flebotomando ipsuꝫ ⁊ apponendo oculo alcohol. abstersiuū sicut illud qō nuper supradiximus: ⁊ subtiliare regimē. ⁊ sic liberabit̄ deo dāte. Et si in cura pigricia fuerit aut aliqua de cā regimen ei⁹ fuerit ineptū. augebit̄ egritudo ⁊ ingrossabit̄. ⁊ idurabit̄ donec visui iferat nocumētū. q̄re cū sic fuerit ō necessitate erit vt p manus cirugy bēat ptrāsire. Et tales ī arabico collectiōes scebeliū noīant̄. ⁊ sine apate.

¶ Cap'm. XXIX. Qō ē de ɔiūctiua cū apte



Accidit et ɔiunctiue repletio cū apostemate ⁊ sine ⁊ extēsione venarū: ⁊ repletiōe ipsarū: ⁊ cū rubedie ipsius ɔiūctine ⁊ grossitie pal/

pebrarũ cũ abũdãtia lachrymarũ: ⁊ habẽs hoc nõ põt aerem ĩspicere. q̃re flebothomiã multũ ɔferre dicimus: ⁊ purgatio ẽt vtilissima existit: ⁊ pone sup oculũ cotũ madefactũ in aqua rosata tepida vice post vicẽ: ⁊ sit in p̃dicta aqua aliq̃d licij dissolutũ. ⁊ si in naribus inijcies collyriũ de memithe: inde magnũ videbitur iuuamentũ.

¶ Cap. XXX. Quod ẽ de nimia subtilitate spiritus visibilis ⁊ ipsius grossicie.

Scias q̃ egritudines ⁊ accidẽtia ipsarũ oriuntur in particulis mẽbrorum: ⁊ etiã in sustẽtantibus ipsa mẽbra: sicut accidit in spũ visibili: q̃m si fuerit subtilis plus debito videbit solum ppe ⁊ nõ a lõge. ⁊ si grossus vltra debitũ videbit a lõge ⁊ nõ ppe. ⁊ cura vniuscuiusq̃ istorum est reducere vnũquodq̃ ad suã nãlẽ ⁊ ppriã dispõnẽ: ⁊ nõ solũ mẽbra. verũ etiã sustẽtãtia ipa. Et scias q̃ vnicuiq̃ p̃dictarũ pticularũ sũt ppa accidẽtia: ⁊ nõ declaraui ea oĩa: ⁊ eorum curas particulares: eo q̃ hic noster liber nimiũ plõgaref. Sed scripsi ex accidẽtib⁹ manifestiora: in q̃b⁹ sub q̃libet suarum spẽrũ multe spẽs cõtinentur. Et posui curas gnãles ipsarũ: ex quibus cure oĩũ particularũ existentiũ sub eis intelligi possunt.

¶ Cap. XXXI. Quod est de his que ab extrinsecus cadunt in oculos vel in nares vel in aures.

Et nõ remãsit mihi iam ad rememorãdũ aliq̃d de his q̃ mẽbris sensuũ ptinere videtur nisi de his q̃ ab extrinsecis habent puenire: sicut est palea subtilis: ⁊ lapides parui: ⁊ arena: ⁊ his silĩa. Quare si subito in p̃ncipio p̃dictorum euẽt⁹ studiosus fueris: leuis erit ipsorum cura. ⁊ si non periculũ eminet. ⁊ id q̃d in oculo cadit de leui curaf: dũmõ nõ ĩuiscef ibidẽ. ⁊ in tunica nõ diu steterit inuiscatũ.

T accidit hec egritudo. s. mania ꝛ destructio intellectus ex mala ꝯpl'one vapoꝝ ascenden/tiũ ad caput. siue sint calidi. siue frigidi. Et si cã fuerit calida sunt oĩno sine timore. ꝛ spãli/ter si caliditati siccitas fuerit associata. Qꝫ si dicta mala cõpl'o fuerit vniuersalis toti corpori. ita q̃ꝝ sit insita ꝛ radicata in corde: tunc quãdo sanguis ei⁹ ebulli/erit. mania efficitur pessima atq̃ꝫ fortis. ꝛ si pseuerauerit mania tãdiu quousq̃ꝫ ad timorẽ aque deueniat infirmus: ꝛ ab ipsa fugiat. mors eius est ꝓpinqua. Et hec accidunt pluribus aĩalibus. s. leonib⁹. canibus. equis. mul'. ꝛ asinis: ꝛ iam accidit q̃ꝝ quidam mulus voluit mordere quẽdam hominem. ꝛ homo versus est in fugaꝫ vadens per viã vnã strictam. ꝛ mulus sequebat̃ eum. qui cũ peruenisset ad in/troitum calis stricti ꝛ breuis infixit se ibidem. ꝛ cũ nõ po/tuisset exire propter stricturam ꝛ breuitateꝫ: mortu⁹ fuit ibidem. Et hec egritudo trãffertur ab vno aĩali ad aliud eiusdem spẽi: ꝛ etiaꝫ alterius speciei. ꝛ hoc accidit ẽm pre/parationem cõplexionis ꝛ nature vniuscuiusq̃ꝫ ad recipiẽ/dum dictã malam cõplexioneꝫ: sicut apparet in ramis ar/borum qm̃ habiliores sunt ad recipiendũ actioneꝫ ignis q̃ꝫ grosse arbores. ꝛ oleuꝫ etiã citius recipit cõplexiõe sua ꝛ natura sua operationem ignis q̃ꝫ faciat semperuiua que frigida existit. Et in hac mania quoddã mirabile reperit̃. quia si collectum fuerit de vrina istius in quantitate mul/ta in vrinali vitreo: videbis qd̃ clarificabitur vrina: ꝛ sine

Aceti ē delator aliaz m. e. t

dubio videbis intus formas calculoꝝ natantes. ⁊ si ipaꝫ colaueris per pãnum subtilem nullum vestigium illoꝝ seu signum in pecia poteris iuenire. Et si dictam vrinam iteꝝ in vrinali repones. ⁊ ibidem aliq̄tuluꝫ permanserit: veraciter iteꝝ videbis eos vt pus. Et super hoc libenter cãm ponerem si meus intellectus esset sufficiens. Sed si mala complõ fuerit in cerebro solum simplr̃ sicca non fit inde mania: sed solum perturbatio ītellectus. ⁊ cogitationes male ⁊ pessime. Et fit etiaꝫ perturbatio ītellectus ex diminutione proprie substantie cerebri. sicut accidit illis qui superflue vtuntur somnia. Sꝫ hoc esse videtur ex sententia diuine ꝓuidẽtie. ¶ Et si qs dixerit respõdendo ꝙ senibus diminuitur ītellectus ꝓpter ipsoꝝ cerebroꝝ diminutionem. ergo pueri ſm istam rõnem ꝑfectiorem intellectum ⁊ meliorẽ multũ habere deberent oibus alijs etatibus. cum habeant cerebꝝ ꝓportionaliter plenius. ⁊ nõ est ita. Rñ. ꝙ sicut senibus diminuitur ⁊ destruitur intellectus ꝓpter paucitatẽ substãtie ipsius cerebri. ita īfantibus vel pueris īpedit̃ ⁊ destruitur eoꝝ ītellectus ꝓpter multam admixtionẽ que fit in substantia eoꝝ cerebroꝝ ab humiditatibus preparatis ad applicationem ⁊ nutritionem substantie cerebroꝝ ipsoꝝ ꝓpter exuberantiam nutrimẽti ipsoꝝ. ⁊ in hoc tempore. seu etate auget̃ humiditas naturalis. ⁊ etiã superfluitates. ⁊ ꝓpter hoc ꝓlongãtur somni eoꝝ: ⁊ etiam superfluitates que exeunt ex naribus eoꝝ: ⁊ ex corporibus sunt in quãtitate multa. Quare summarie tibi dico. ꝙ puer donec fuerit in hoc esse. non poterit esse perfecti intellectus. donec fuerit completus. qm̃ sicut membra eorum nõ sunt completa in mensura ⁊ quantitate. ita eoꝝ intellectus non est completus: donec veniant ad etatem perfectam. Sed quando senibus accidit perturbatio ītellectus ꝓpter diminutionẽ substantie cerebri. tunc cura īpossibilis est. Tamen rege eos ꝓpinando eis amigdalas dulces ad comedẽdũ cũ pane bene fermentato. ⁊ çuccaro. qm̃ ista augent substantiam cerebri. ⁊ etiam vua passa est eis vtilis. quia impinguat epar. Et hic defectus qui fit in cerebro. fit in parte anteriori. ⁊ ꝓpter hoc imaginatiua solum ꝑ maiori parte senibus destrui reperit̃. ⁊ interdum etiã eis destruit̃ cogitatiua. quando cõsumitur cerebꝝ qđ in media cellula existit. ⁊ etiã memorialis quãdo diminuitur substantia ipsius cerebri. que in posteriori cellula collocatur. Quare ad restauranduꝫ hãc humiditatem. da eis amigdalas cum çuccaro sicut dixi. ⁊ vnge caput eius cum oleo amigdalaꝝ dulcium cui sit admixta decima ps ipsius de oleo masticino. eo ꝙ membra ꝑncipalia non sustinent medicinas in quibus nõ sint ea q̄ habent confortare: q̄uis accidens egritudinis ea non requirat. quoniã ītendere debes ad confortandum ⁊ fortificandum partem illam in qua egritudo reperitur. Sed ex istis tribus partibus cerebri. posterior citius exiccari deberet rõnabiliter ꝓpter sui naturam ⁊ complõnem ceteris alijs. Sed quia aer leuiter ad eam pertingere nõ põt. propter grossitudinem ⁊ soliditatẽ ossis cõtinentis ipsuꝫ. Et qꝛ est omnino cõclusum absq̄ omni foramine ⁊ porositate. ideo minorem recipit desiccationem. Sed pars anterior cerebri: eo ꝙ os eius continẽs ipsum est apertum ⁊ porosum. ⁊ aer ad ipsum per anhelitum cito ꝑtingere põt. ideo citius desiccat̃. ⁊ etiã citius q̄ cerebruꝫ quod in media cellula esse reperitur: eo ꝙ aer ad ipsuꝫ nõ ita cito põt peruenire nec ita leuiter. Et qꝛ os cõtinens ipm̃ similr̃ est obtusum solidum ⁊ absq̄ porositate sicut est os posterioris partis cerebri. ideo longinquum a siccitate esse reperitur. Et quãdo siccitas cerebri superuenit in ista parte anteriori. vel in alijs oibus partibꝰ simul. cura erit difficilis valde iuuenibꝰ. ⁊ etiã alijs qui sunt in maiori etate. q̄uis sit possibilis. Sed decrepitis est impossibilis omnino. vnde intendas in curatione istius partis vel omniuꝫ partiũ cum medicinis supradictis. Sed attende ꝙ quando os cranei vel vbi os ipsius fuerit densum soliduꝫ ⁊ absq̄ porositate tũc vti debes fortioribus medicinis: eo ꝙ grauiter ⁊ difficulter possunt penetrare. Sed vbi inueneris craneum porosum ⁊ non ita solidum: citius possunt medicine intus penetrare. Quare leuioribus indiges medicinis ⁊ debilioribus.

¶ Caplm̃. XVII. Qđ est de humiditate que orit̃ in cellula anterioris cerebri ⁊ circa cerebrum.

Cias ꝙ humiditas subtilis que oritur in cellula anterioris cerebri ⁊ circa ipm̃ est immẽsi fetoris: ⁊ ex illo ītellectus ꝑturbatur. ⁊ non potest infirmus caput suum sustentare. ⁊ non loquitur nisi cum difficultate magna. ⁊ quãdo interrogatur de aliquo tarde ⁊ pigre ⁊ cum perturbatione respondet. ⁊ pro maiori parte non intelligitur. ⁊ est absq̄ intellectu. Et ego tempore meo vidi quendam cui superuenit hec egritudo: ⁊ nulla medicia ei ꝓdesse potuit ⁊ mortuꝰ fuit ide. Et hec egritudo multotiẽs accidit ouibus: ⁊ ouis illa que habet hanc egritudinem a pastoribus dicit̃ matronia. Et cura huius egritudinis est caput cauteriçare. ⁊ sine dubio cirugi multum errant. cauteriçantes omnes in capite quibus accidit perturbatio intellectus. ⁊ sequitur inde maximum nocumentum: quoniam si causa egritudinis fuerit caliditas ⁊ siccitas: vel caliditas solum: aut siccitas solũ: aut fuerit causa ex diminutione substantie cerebri: considera quid inde cõtingere potest. Sꝫ in hac egritudine sine dubio cauterizatio est cura vtilior alijs quia desiccat horribilem humiditatem. ⁊ eam extrahit ad partes exteriores. Et si posueris in naribus ipsius succum rose canine. que arabice dicitur secaicanahamaꝫ multuꝫ confert. Et etiam alia medicamĩa que a medicis assueta sunt inyci in naribus faciẽdo caput purgari. sicut est aqua sicle. ⁊ aqua cucumeris agrestis. ⁊ similia. Et continuando has medicinas ⁊ rectificando regimẽ ipsius poterit liberari. ⁊ desiccabitur inde humiditas illa nociua. ⁊ liberabitur deo dante.

¶ Capitulũ. XVIII. Quod est de scothomia que in arabico dicitur abscedar.

Et accidit aliquãdo homini ꝙ stando ⁊ supsedendo apparet ei ꝙ omnia circumuoluantur dõec cadat. Et oritur hec egritudo ex vaporibus subtilibus ⁊ acutis colericis ascendẽtibus superius per arterias ad cerebrum replendo ipsum. ⁊ accidit spiritui naturali motus malus. Et predicti vapores ascendunt superius ꝓpter amplitudinem arteriarum: que tales a natiuitate existũt. Quare predictis confert incidere arterias: que sunt post aures. Sed si dicti vapores ascẽdunt per arterias retis vel retine miraculose modicum inde sequitur iuuamentum. Et si ꝓuenerit dicta egritudo ex amplitudine aliarum arteriarum tunc cõfert incisio predicte arterie. Et debet medicus infrigidare cõplexionem huius infrigidatione temperata. s. ꝓpinando ei lactucas elixas ad comedendum. ⁊ ad potandum aquã ordei cum agresto: nisi stomacus fuerit īmense sensibilitatis: ⁊ potabis eum etiaꝫ aqua ordei. ⁊ aqua frigida cum aqua rosata. Et ab omnibus fructibꝰ abstineat: ꝑterq̄ a medullis seminum anguriarũ ⁊ citrolorum: que ei exhibere debes postq̄ cognoueris ꝙ dicti vapores ab humoribus colericis fuerint generati. Sed illa que a stomaco ꝓcedit ad cerebrum potest ex humore vno oriri. vel ex pluribus ex quibus generantur vapores ascendentes ad cerebrũ. Et cura huius leuis satis existit. s. purgando stomacũ cum aqua infusionis mirabolanorum citrinorum. ⁊ scamonee ⁊ violarum. Et cõfert etiam

hec decoctio: que purgat stomacuz a colera. ℞. seri lactis coagulati cũ lacte fici libraz .ʒ. 7 infunde in eo auř. iiij. corticis mirabolanoꝝ citrinoꝝ 7 violaꝝ auř. v. Alchacar sici auř. v. 7 ꝑmaneant oĩa simul in dicto sero vsqꝫ mane. 7 tunc colentur optime fricando 7 exprimẽdo: 7 in predicta colatura adde quartam partem auř. i. ex scamonea miscẽdo ei auř. x. syrupi mastic. 7. x. syrupi citonioꝝ. da bibere 7 tardet cibum quousqꝫ compleuerit opus suum. Et si modicum assellaret ex dicta potione da ei ad bibendum de dicto sero: expectãdo sicut in alijs medicinis. 7 ciba eum pane optime fermentato cum pullis vel carnibus edinis decoctis cum vino granatorum 7 agresto. Et femine laudabiliores in hoc casu existunt masculis: 7 ex ipsis adhuc meliores sunt albe. 7 post que varie existunt. Et aquaz ordei bene preparatam cum aqua dulci eis similiter conferre dicimus. Sed si dicta egritudo ex humoribꝰ putridis orta fuerit. tunc yerãpigram cum sero lactis vtilem 7 sufficientem eis esse dicimus. 7 etiam aloes solum cum sero confert. 7 si ei miscueris aliquid agarici erit melius. Sed si predicta putredo in stomaco fuerit ĩde oritur fetor oris 7 scisura labioꝝ: 7 est possibile ꝙ ex dicta putredine eueniat cerebro calefactio subita cum horribilibus cogitationibus. 7 propter impetuositatem 7 fortitudinem accidentium impediuntur spiritus animales intantum ꝙ vrere videntur 7 eleuantur: 7 conculcantur subito: 7 mouentur extraneis motiõibus: 7 inde seqtur scotomia. Et hoc multotiens vidimus ꝙ quãdo alicui subito euenerit aliquid quod immutet fortiter spiritum animalem ꝙ illud facit euenire scotomiam. Et cura huius est cura prescripta faciendo euz odorare rosas cũ mirtela madefactas in aq̃ rosata. qm̃ liberabitur cum adiutorio dei.

¶ Capl'm. XIX. Quod est de dolore totius capitis qui quidem in arabico dicitur baidda.



T dolor fortis qui accidit in capite aliquãdo est continuus. 7 aliquando est cum interpolatione habens paroxismos. Et qui habet ipm non potest sustinere voces 7 vociferationes fortes propter debilitatem nerui audibilis. 7 propter debilitatem etiaz totius cerebri: 7 sine dubio tales voces excitant dolorem. Et non mireris quia quando dolor fortis est in aliquo membro augetur ex forti voce. Et causa huius est aer motus a forti voce qui percutit mẽbrum dolorosum: 7 inde dolor augetur. Et hec est opinio Hali. etiam in egritudinibus oculoꝝ. cui quidã in hoc obuiauerunt. medici vero minime: immo sentẽtijs ipsius totaliter adheserunt. Et qui habet hunc dolorem similiter non potest aspicere in magno splendore: eo quia sicut neruus per quem auditus ad cerebrum tendit non potest fortem sonum ferre: ita neruus opticus per quez species visibilis venit ad oculum non potest magnum splendorem 7 lumen sustinere: eo ꝙ quando tam fortis dolor est in toto capite: impossibile est quin etiam oculi nõ sentiant. Remanet ergo nobis ĩquirere vbi 7 in quo loco seu parte capitis iste dolor ꝑncipaliter existat. 7 absqꝫ dubio dictꝰ dolor inuentus est in panniculo qui sub craneo moratur. i. dura matre vel in illo qui est post istum circundans cerebrum. i. in pia matre: 7 quando in aliquo dictoꝝ est dolor non potest ferre vocem magnã nec lumen intensuz. Restat adhuc scire quid sit dolor. 7 causa eiusdem. Jam ergo declaratum est ꝙ dolor nil aliud est q̃z sensibilitas cõtrarie qualitatis existentis in membro. quare cum perseuerauerit perducet ad solutionem continuitatis. Et solutio continuitatis accidit aut ꝓpter extrinsecam: sicut incisio ensis vel percussio facta a re aliqua: aut ex contusione. Et potest etiam esse solutio continuitatis ex extensione valida facta a superflua repletione. aut ex vẽtositate vaporosa. Et si ventositas dicta vaporosa facta fuerit a frigore. potest etiam ex eadem dolor fieri fortis: eo ꝙ quelibꝫ res que hꝫ subtilez nãm pungit: q̃uis sit frigida. Et tu scis ꝙ vapor natura sui subtilis existit. 7 hac de causa ꝓuenit solutio ꝯtinuitatis: sicut apparet in rebus extrinsecis: ꝙ qñ extenduntur fortiter vltra debitum laniantur 7 rumpuntur. Et acuta etiã qñ recipiuntur sunt cã solonis ꝯtinuitatis. Et argilla similiter seu terra malaxata optime cuz forti aceto. 7 exterius epithimata soluit continuitatez cutis. Et etiã siccitas cũ in corpore superflue exuberauerit cuz modica extẽsione illud idem leuiter facere potest. Et qñ frigiditas superauerit intantũ ꝙ congelatur membrum 7 induratur: seqtur inde solutio cõtinuitatis. Et etiã ex rebus calĩs 7 acutis receptis per os vel exterius emplastratis: fit solutio ꝯtinuitatis: sicut ex sinapi 7 tapsia: q2 ex sua subtilitate ꝓfundantur: 7 corrodunt 7 soluunt cõtinuitatem. Et nos videmus ꝙ acetum q̃uis id qđ in sua cõplone dñatur sit frigiditas sicut dicit Hal'. frãgit vtres 7 ꝓforat eos: 7 rumpit vegetes. Et fit etiam solutio continuitatis ex coagulatione sicut cera 7 pix. q2 quãdo sunt coagulata frangunẽ ex leui extensione vel a ꝑcussione ab aliq̃ re dura. Sequiẽ ergo ꝙ iste dolor tã difficilis 7 fortis sensibilitatis esse nõ potest nisi a supflua repletione 7 extensione existente in membro valde sensibili. sicut est dura mater 7 pia mater. Et quãdo fuerit ex vapore frigido ibi recepto: dolor erit validus atqꝫ grauis. Et si fuerit ex calido vapore existẽte in locis predictis leuiter illũ cognoscere potes. eo ꝙ dolor erit acutus valde 7 mordicatiuꝰ. Et tactu etiã ipm cognoscere potes. Et signuz illius qui fit a frigiditate vel a vapore frigido est quia ĩfirmus delectatur in appositione reꝝ calidarum actu 7 potentia sup caput: 7 videtur inde recipere iuuamentum 7 sentit in capite dolorem magnum cum grauedine 7 ponderositate. atqꝫ mordicatiõe 7 punctione. Et qui fit ex caliditate est dolor difficilis atqꝫ fortis cum punctiõe et mordicatione.

¶ Et cura generalis istius doloris est rectificare regimẽ ipsius comedendo ordinate 7 debitis horis. Et si fuerit dictus dolor ex repletione cum grauedine: cura eius propria est flebotomia. considerando tẽpus. etatem: cõsuetudinem: regionem: 7 cõplexionem. Et qui fuerit ex vapore frigido: curatur vaporãdo caput cum sticados: 7 si fuerit ex calido confert ei bibere aquã rosatam confectaz cum psilio integro: qm̃ medici ꝓhibent pistationem eius. Et si fuerit predictus dolor ex repletione multa sanguinis: flebotomandus est ex cephalica. Et si ex arteria flebotomaueris: longe melius erit: sed scire debes ꝙ sanguis ille cuz magna difficultate retinetur 7 solidatur: 7 propter hoc tecum habere debes ea que habẽt sanguinẽ fortiter retinere: sicut sunt pili leporis minutissime incisi mixti cum albumine oui 7 gipso: aut folia mirte subtiliter puluerizata cum psilio integro mixtis cuz aqua rosata: 7 ponere super locum similiter stringit. Et cuz vis incidere arteriã: ipsaz stringe versus radicem sui: ne superflue sanguis exire possit. incidendo eaz cum re frigida. 7 non cum igne. Et si cognoueris flegma cum sanguine abundare. fac eũ vti exercitatione tẽperata cibando eum cibis declinantibus ad caliditatem temperatam 7 siccitatem: sicut sunt turtures 7 passeres: 7 his similia. Abstinendo ab ouis 7 piscibus: 7 a panata q̃ in arabico dicitur caride: 7 ab aqua frigida valde: sed quãdo vis eam ꝓpinare miscere debes cum ea aliquid mellis vel zuccari: aut rob vue passe decoctum vsqꝫ ad spissitudinem mellis: faciendo vt recipiat eam tepidã. Et si cognoueris manifeste ꝙ dictus dolor a vaporibus calidis procedat: incide arteriam incisione frigida: faciẽdo euz abstinere ab omni re calida: 7 ciba eũ gallinis elixatis in aqua cũ modico olei 7 salis 7 aceti. Et potes etiã

eam coquere cū cucurbita: nō ponēdo gallinā cū cucur/
bita: nisi post decoctionē cucurbite. Et pōt etiā decoqui
cū succo granatoꝝ: ꝛ fac eū multotiēs odorare mirtellas
cū ligno aloes ꝛ sandal'. ꝛ purga eū cū sero lactis coagu
lati cū lacte fici addēdo ei aliquid scamonee. Et cū fuerit
purgatus numera sellas: ꝛ quot vicibus assellauerit: tot
diebus quiescat post purgationē: ꝛ postmodū facies eū
vomere: ꝛ post vomitū iterū eū purgare debes. Et iam
superius declarauimus loca que apta sunt recipere hunc
dolorē: q̄uis videat᷑ ꝙ dolor in osse existat. Et quomodo
hoc esse posset: cū ſm opinionē quorūdā os omnino ca
reat sensu? Et ego dico ꝙ si aliquid habet os de sensu: est
valde grossū: ꝛ ꝑpter hoc impossibile est ꝙ illic dolor ꝑ/
cipiatur. ꝛ iam inuenimꝰ Gal. dixisse que adinuicem sunt
opposita: quando dixit ꝙ ossa omnino sunt absq; sensu: ꝛ
alibi dicit ꝙ dentes habent sensum: ꝛ nō grossū: imo val
de intensum. Et opinio magnoꝝ medicorū est ꝙ sensus
nō sit in aliquo membro: nisi veniat in codē per neruos
subtilissimos diuisos: ꝛ contextos ibidē. Quare cū ossa
nō videant᷑ habere talē texturā neruorū: sensū habe/
re nō debent. Et ergo sicut cerebrū mittit virtutē sensi
bilem per neruos oībus membris. ita epar sua virtute na
turali mittit nutrimentū per venas omnibus membris.
ꝛ si ossa ideo carent sensu: quia nerui in eisdem nō sunt di
uisi ꝛ contexti minutissimi: vt capilli eadē ratione oīno
absq; nutrimēto ꝛ augmētatione esse deberent: cū vene
capillares diuise in eis nō reperiant᷑: neq; virtus natura/
lis fortior esse reperitur in itroitu membrorū q̄ꝫ anima/
lis: imo animalis valde fortior iudicat᷑. Et tu vides ꝙ os/
sa q̄ꝫdiu sunt in corpore animato permanent sine putredi
ne ꝛ corruptione: ꝛ etiā omnes cartilagines. ꝛ cū priua
tur corpus a vita: corrumpuntur omnino. Ergo quid est
illud quod ꝯseruat ossa in corpore animato a putredine?
Nō potest negari quin illud sit spiritus vitalis procedēs
per arterias ad omnia membra que arterie in membris
ipsis minutissime diuiduntur. ꝛ eodem modo ossa recipi/
unt nutrimentū ꝑpter vicinitatē venarū nō pulsatiliū
Quare ergo hac eadē ratione ꝛ via nō possunt recipere
sensum ossa ꝑpter vicinitatem neruorū. sed naturaliter
ossa in q̄ꝫtū sunt ossa multe existunt siccitatis. ꝛ propter
hanc sunt grossi ꝛ debilis sensus: ꝛ apparet hoc in plan/
tis pedum rusticorū: quia q̄uis lente ꝛ debiliter recipi/
ant sensum: tamen nō omnino a sensu priuātur: quoniam
vides ꝙ quādo aliquid ex ipsis inciditur ferro q̄uis non
sentiant dolorem: de quo sit curandū: tamē sensū habe/
re probantur. Et quia ossa duriora ꝛ sicciora existūt plan/
tis pedum rusticorum: ideo lentius ꝛ tardius ꝛ grossiori
modo sensum percipiunt. Et si aliquis dixerit scriptū eē
ꝙ ossa careant sensu. dicimus ꝙ illud dictū est eo modo
quo dicitur quādo aliquis habet collum breue: ꝙ careat
collo: ꝛ ꝙ qñ aliquis hꝫ debilitatē visus ꝙ careat visu. Et
ista que dixi dico ſm meā existimationē ꝛ intellectū: ꝛ ē
veritas oīno: ꝛ inuestigare hoc per viā experimēti in aīa
libus est difficile valde: qm̄ quādo in aliquo mēbro inue/
stigando ꝑcedes: incides ꝑmo carnē: ꝛ postmodum ner/
uos: demū pelliculā q̄ coopit os. ꝛ scire debes ꝙ oīa ista
acutissimi sunt sensus. ergo cū peruenit᷑ ad os incidēdo
vel rascādo: quō sentire dꝫ cū sit debilissimi sensus: ꝛ hoc
certissime scire debes auctoritate ypocratis: ꝙ qñ duo do/
lores simul fiunt: maior denigrat alterum. ꝛ absq; dubio
ossa habent sensum q̄uis modicū: ꝛ quomodo nō debet
occultari dolor in osse cū sit debilissimi sensus: post ime/
diatā īcisionē factā in carne neruis ꝛ pelliculis q̄ sunt mē
bra tāti sensus. certe sic eē dꝫ absq; vlla dubitatione.

¶ Capitulū. XX. Quod est de emigranea que in arabi/
co dicitur sechichia.


Migranea est egritudo capitis in qua dolor
comprehendit mediā partem capitis. quare
scire debes in qua parte sit egritudo ꝑdicta
Et scire debes ꝙ esse nō potest in aliqua par/
te capitis nisi in pāniculo qui cooperit crane
um exteriꝰ: vel in illo qui est sub ipso: q̄ dicit᷑ dura mater:
aut in illo q̄ est circūdās cerebrū: qui pia mater noīat᷑. Et
differētia que est inter istā egritudinē ꝛ prescriptā que di
citur baidda: est ꝙ illa est in toto capite. ista vero solum
mediā retinet ꝑtē. Et orit᷑ hec egritudo: aut a vētositate
calida: aut ex repletiōe superflua. ꝛ que ex vētositate cali/
da ꝑcedit: fit subito ꝛ cū extensione forti: ꝛ sentit īfirmꝰ
acuitatē humoris. vñ resoluit᷑ vapor in loco in quo est. sꝫ
si fuerit ex replōne: sentiet īfirmꝰ grauedinē in loco cū ru
bedine oculoꝝ ꝛ faciei. ꝛ pōt etiā euenire ab humoribus
existentibus in stomaco a quibus vapores ꝛ fumositates
resoluuntur qui ad caput ascendunt: ꝛ ibi percipit᷑ incen/
dium ꝛ mordicatio valida. Et flebotomia q̄dem confert.
quādo fuerit ex repletione ꝛ infrigidatio corporis etiam
cum rebus notis prescriptis. Et ciba eū pullis ꝛ gallinis
decoctis cum succo granatoꝝ acetosorum. Et potet aquā
ordei: ꝛ abstineat oīno ab omnibus ꝑcreantibus fumos
vel vapores acutos: sicut est vinum coctum ꝛ vinū passu
larum ꝛ similia. Et abstineat etiā a pomis granatibꝰ dul/
cibus: qm̄ cito in colerā vertuntur. ꝛ sic eis non modicū
nocere videntur. Et quādo dicta egritudo ex repletione
fuerit sola flebotomia aliquādo pōt liberare. Sꝫ qñ cau/
sa fuerit ex superabundantia calidorum humorū existen
tiū in stomaco a quibus vapores superius ad caput ascē/
dunt. Cura eius propria existit euacuare illos cum laxati
uo conuenienti: aut cum vomitu leui: ꝛ sufficit hec purga/
tio. ℞. mirobalanorum citrinorum ꝛ chebulorum ꝛ indo
rum. ꝛ violarum. ꝛ nenufar. añ. aur. x. conquassentur opti
me. ꝛ ponantur in feruentem aquam per noctem vnam.
ꝛ in mane colentur exprimēdo fortiter. ꝛ illi colature ad/
de quartam partem aurei vnius ex scamonea trita. ℥. i. sy
rupi acetosi. ℥. i. syrupi facti ex cor. citroꝝ. ꝛ. ℥. i. syrupi ma/
sticini: ꝛ ꝑpina ei ad bibendum. ꝛ si nō purgabit᷑ sufficien
ter: da ei ad bibendū de predicta colatura: solū regendo
eum sicut cōuenit medicamini: dando ei in cibis si super/
abundauerit humiditas in stomaco que habeant eā exic/
care ꝑut tibi videbit᷑ cōuenire. dādo ei semꝑ post cibum
aliqua stiptica confortātia ꝛ cōuenientia stomaco vt sunt
pira assata: vel citonia: vel alia similia.

¶ Tractatus. x. de egritudinibus colli. ꝛ est cōtinens ca/
pitula decem ꝛ octo.


Cias ꝙ collum cōpositum est ex mēbris
simplicibus ꝛ compositis. ꝛ ipa officialia
composita sunt ex cōsimilibus: ꝛ inquan
tum collum compositum est ex cōsimili
bus eueniunt ei egritudīes consimiles: ꝛ
in q̄ꝫtum collū ꝯpositū est ex officialibꝰ
mēbris eueniūt ei egritudīes officiales.
Et nos ītendimus dicere egritudīes q̄ possunt ei euenire.

¶ Caplm. I. Quod est de oppilatione.


Ec quidem egritudo. s. opilatio accidere pōt
in venis: neruis: ꝛ in ipsa nucha. Et cura huiꝰ
est manifesta. s. cum rebus aperitiuis ꝛ subti
liatiuis humorū. ꝛ hec cura est generalis opi/
lationibus omnium membroꝝ.

¶ Capitulum. II. Quod est de relaxatione.


Ec quidē egritudo accidit in collo maxime
accidētal'r. s. ꝑpter apostema qđ fit vel orit᷑ i
nucha: ꝛ inde sequit᷑ sub apate relaxatio oī/
um mēbroꝝ gnāl'r. ꝛ si fuerit apā magnū val
de: vel forte iterimit subito. Sꝫ si fuerit apa

partium cū modico dolore ⁊ tumore: nō inde efficitur relaxatio. ⁊ si apostema cū tumore factū fuerit solum īmediate nuce priuabitur ide sensus solū in media parte corporis. s. exposito: sed motus remanebit in parte apostematis. quare talibus in pncipio cōsulimus fieri flebotomiaʒ si virtus fuerit sufficiens: ⁊ postmoduʒ inungere locū cuʒ coto madefacto in oleo rosato tepido multotiens: ⁊ ipsuʒ cotuʒ sic madefactū per totā noctem desuper tenere vsqʒ mane. Et esto certus ꝙ si cōfirmabit̄ apostema deueniet infirmus ad priuationē sensus ⁊ motus: vt supra dictum est. Et scire debes ꝙ opinio quorūdā antiquoꝝ medicorum fuit: ꝙ priuatio sensus vel motus: vel vtriusqʒ simul nō fit: nisi ex frigiditate soluʒ. Sed nos dicimus ꝙ possibile est priuationem sensus ⁊ motus fieri in corpore temperato: ⁊ etiaʒ in illo cui caliditas modicuʒ excedit: ⁊ absqʒ dubio egritudo hec euenire potest ex diuersis causis: ⁊ etiā ex frigiditate.

¶ Cap. III. Quod est de spasmo.

Et fit qdeʒ spasmus in collo sicut in alijs mēbris accidere cōsueuit. Et est duarū specieꝝ. s. ex siccitate ⁊ humiditate: ⁊ spasmus qui fit ex siccitate possibile est vt accidat successiue ⁊ paulatine: ⁊ possibile est ꝙ fiat subito propter intēsam euacuationē humiditatū factaʒ subito. Sʒ spasmus qui fit ex humiditate: semp subito habet ꝑuenire: ⁊ huius humiditatis sunt due species: vna quideʒ que nō cōuertitur in vaporeʒ: sed remanet sic īfusa in neruo. vnde ingrossat̄: cōtrahitur: ⁊ abbreuiatur: ⁊ sic spasmus efficitur. ⁊ est etiā alia humiditas: ex qua resoluit vapor: ⁊ inde spasmus efficitur: eo ꝙ mēbruʒ qd̄ ferre poterat dictaʒ humiditatē anteqʒ cōuerteret̄ in vaporeʒ: post ꝯuersionem eius minime potest eā sustinere. quare inde spasmus habet deuenire. Et siquis nobis obijceret dicens: ꝙ in eadem hora in qua humiditas resoluitur in vaporem. dolor inde percipi deberet: ⁊ nō sentimus illū. dicimus ꝙ vapor donec in motu existit pro maiori parte nō facit doloreʒ: nisi figat̄: quoniā si vapor fuerit acutus ⁊ mordax: nō tamen ex eo percipit̄ dolor: sed incendiū soluʒ ⁊ mordicatio inde habet ꝑuenire. Sed spasmi qui fit ex siccitate: cura est generalr̄ humectare corpus totū: ⁊ specialiter mēbruʒ spasmatū. ⁊ si fuerit ex humiditate purgabis euʒ cū yerapigra: ⁊ silib⁹. ⁊ vnge locuʒ cuʒ oleo de iasemini ⁊ camomillino. ⁊ oleū de lilio est medicamē ꝓpriū spasmo qui fit ex humiditate. ⁊ si fuerit dicta humiditas in vaporem cōuersa: ⁊ inde factus sit spasmus: purgabis euʒ cuʒ medicinis ꝑdictis: ⁊ vnge locū oleis predictis addēdo eis ysopum recentem.

¶ ¶ Cap. IIII. Quod est de tremore.

Hec egritudo oritur in collo sicut in alijs mēbris: ⁊ est pugna ⁊ temptatio victorie: que fit inter pōderositateʒ mēbri ⁊ virtutē quā de⁹ ꝑstauit motui mēbroꝝ aīaliū: qm̄ qn̄ dn̄at̄ grauedo ⁊ pōderositas mēbri supra virtuteʒ ipsius īclinat̄ inferius. ⁊ si virtus ꝑualebit pōderositati ⁊ grauedini eleuabit̄ superius. ⁊ sunt duo motus qui fiunt successiue: ⁊ isti motus diuersi cū coadunant̄ simul dicūtur tremor. ⁊ collū quidē ꝑparatū est recipere tremoreʒ ex qualibet leui causa adueniēte vtuti motiue ꝓpter grauedineʒ ⁊ pōderositatē capitis: qm̄ caput pre ceteris mēbris hoīs grauius ⁊ pōderosius extitit. Et scias ꝙ tremor accidit aut post egritudīes: aut post euacuationē supfluā aut ab extrinseco ꝑ frigiditatē aeris: aut ꝑ percussionē: aut ex vulnere adueniēte capiti ꝯsolidato aut nō ꝯsolidato. ex qb⁹ vtus motiua debilitat̄. vn̄ fit tremor. Et capita leporū elixata cū aq̄ ⁊ sale ⁊ oleo rasea comesta iuuāt mirabiliter: sicut expimēto ꝓbat̄: ⁊ hoc iuuamētū faciūt virtute diuina in hac egritudine que vtus dicit̄ vtus occulta: seu a tota spē. Et iā aliqui veteres conati sunt loqui super hac virtute: ⁊ ego dico ꝙ īpossibile est scire certitudineʒ ipsius: qm̄ ītellectui humano adeo sublimi ⁊ glorioso īposit⁹ est terminus vltra quē īpoſe est ipsuʒ ptrāsire. Et o ꝙ̄ bene dixit Gal'. qn̄ dixit ꝙ ista scire ptinet ad solū deum altissimū ⁊ oīpotētē: qr̄ videm⁹ ꝙ medicamina vlceruʒ: pulmonis: ⁊ pustularū ipsius in hoc mūdo repiunt̄: ⁊ nos ipsa ignoram⁹: tn̄ pecudes ipsa cognoscūt: qr̄ qn̄ aliq̄ ouis hʒ vlcus in pulmone separat̄ ab alijs: ⁊ vadit querēdo res. Et dicūt pastores ꝙ ipsa querit herbā vel herbas ad comedēdū: ⁊ in cōtinēti post comestionē liberat̄ a vulnere liberatiōe pfecta. ⁊ ego iam vidi in pulmonibus pecudū signa solutiōis cōtinuitatis cū cōsolidatione integra ⁊ perfecta: ⁊ nō cognoui nec cognosco herbā illā hucusqʒ neqʒ etiā aliqui ex ꝑdecessoribus nostris ipsam cognouerunt. ¶ Syrupus cōferens tremori ⁊ confortat oīa mēbra: ⁊ caput proprie. ℞. rubee tinctoris sticados: ⁊ corticis citri: ⁊ corticis exterioris fisticoruʒ ana. ℥. i. thuris puri: masticis ⁊ rosarū ana aur. v. ⁊ liquiricie pondus quarte partis oīum predictoꝝ. conquassent̄ omnia ⁊ infundant̄ oīa pter mastic. i. xv. libris aque feruētis ꝑ noctē vnā. postea adde masticē: demū bullias lento igne ponendo cum ꝑdictis ad bulliēdū aur. i. puri auri. ⁊ bulliāt vsqʒ ad ꝯsumptionē medietatis. ⁊ cola optime exprimēdo. ī dcā colatura pone libras. v. syrupi facti cū decoctōe corticis citrorū ⁊ zuccaro. decocti ad spissitudinē ⁊ librā vnā mell' dispumati: ⁊ bulliāt sil' vsqʒ ad spissitudinē sirupi. ⁊ bibat ex isto syrupo patiēs oī mane. ℥. ij. cū. v. ℥. aq̄ in q̄ extīctū sit ferrū purū mūdū ⁊ limatū: ⁊ oīo absqʒ erugine. ⁊ euentatum ab oī cinere. seu puluere vel sordicie. q̄ ꝯsueuit ferro adherere: ⁊ tādiu dʒ ipsuʒ calefieri ⁊ in ipsa aq̄ extingui. donec aq̄ medietas ꝯsumat̄. ⁊ postmodū colet̄. ⁊ cū ipsa syrupus dʒ distēperari. Et iunge nucham ⁊ collū descēdēdo īferi⁹ per spinā vsqʒ īferi⁹ cū oleo de ben aromatizato. ⁊ si nō īuenis illud. q̄uis nō sit ita vtile facias cuʒ oleo sinapis. Et ē necesse medico cōsiderare ⁊ subtiliter attēdere oīa ista. s. cōplonē patiētis. etatē. tēpus. regionē. ⁊ cōsuetudinē. ⁊ regimen eius tpe sanitatis. i. si hō laboriosus sit ⁊ asuet⁹ pati vigilias. aut nō ⁊ fm̄ q̄ntitatē coadunatōis ꝑdictoꝝ facere dʒ medic⁹ ꝑut melius sibi videbit̄ ꝯuenire. addēdo vl' diminuendo. Et scire debes qd̄ differētia est iter cibum ⁊ medicinā: eo ꝙ medicinā mēsurare debem⁹ fm̄ tps. etatē ꝯplonē. ⁊ ꝯsuetudinē. ⁊ regionē. ⁊ egritudinē. sed cib⁹ minime sic est mēsurādus: qm̄ si ꝯplo cibi elōgata fuerit valde a ꝯplexione patiētis. q̄uis talis cib⁹ frangat ꝯplonē et cām egritudīs. tn̄ inde corp⁹ nō recipit nutrimentū. sʒ expellit̄ cū fecib⁹ ⁊ supfluitatib⁹: quare opʒ vt cibus sit complexionis eq̄lis: neqʒ eū cōuertere debes ad oppositū cāe facientis egritudinē. vbi grā. vt si sit senex frigide cōplonis: ⁊ in tpe frigido. ⁊ nō assuet⁹ labori ⁊ exercitio. ⁊ cibes eū cibis calidis. nō ide recipiēt nutrimētū mēbra sua. immo repudiabūt. Et si qs dixerit ꝙ mel est cib⁹ calid⁹ ⁊ senibus laudat⁹. dicim⁹ ꝙ q̄uis sit calide ꝯplexionis: nō tn̄ multū in caliditate excedit. ⁊ nō calefacit corp⁹ nisi ītātū q̄tuʒ recipit de caliditate a corpe: eo ꝙ nō multū elongatur a ꝯplone nāli corporis nisi ītātū decoq̄ret̄ ꝙ ei⁹ sapor ad amaritudinē deueniret: ⁊ tūc mēbra senis: ⁊ etiaʒ aliorum non recipient nutrimentū. Mel autē cum sit dulce non multū elongat̄ a cōplexione equali. ⁊ senex est aīal. ⁊ inq̄ntum est aīal. habet caliditatē actualē. mel vero cuʒ sit calidū eius tamē caliditas est potētialis. ⁊ caliditas aīal' est manifesta: ⁊ mellis caliditas est occulta. ⁊ propter hoc nutrire potest. Res autē q̄ excellenter calida existit neqʒ prestat nutrimentū senib⁹ neqʒ alijs. Et etiam si iuuenes qui calidas patiunt̄ egritudines nutrire volueris rebus

frigidis in excessu: nō inde nutrient̄: imo repudiabunt̄ talia a nā sui corpis: q̄uis talia cause egritudinis sint 9ria: qm̄ si talē infirmū nutrire volueris folijs mādragore: nō restaurabit̄: neq̄ nutriet̄ aliqd ex eis. Sed in lactucis est res laudabilis valde: qz q̄uis ei⁹ frigiditas fortis existat eius tñ suba nō est grossa. q̄re cito a corpore incipit passionem: ꝛ oīa que hic diximus: sint tibi in memoria in oībus alijs egritudinibus tanq̄ necessaria.


¶ Cap. V. Qđ est de egritudinib⁹ spōdiliū colli.


Accidit spondilibus colli vt recipiant humores viscosos: mucillaginosos qui diuidunt̄ ꝛ spargunt̄ inter coniūctionē ipsoꝝ spōdiliū. ꝛ accidit ex hoc q̄ ipsa spōdilia ꝓfundent̄ itrīsecus vel extrisecus ꝓmineāt. Et qñ exteri⁹ ꝓminēt leuis tūc cura existit: qz ide nucha nō recipit lesionez. sed qñ itrinsecus ꝓfundāt: tūc necem iducūt: qz inde sequit̄ sqinātia pessima ꝛ mortifera. ꝛ qñ a medico cā talis cognita pfecte fuerit: purgare dz corpus gñal'r ab hͦ humore: ꝛ hoc facere poterit cū collogntida ꝛ bdellio: qz sunt optima in hoc casu. Et stude in exiccādo illū humorem dissoluēdo ipsuz. Et pone super spondilia colli puluerē gariofiloꝝ: ꝛ macis mixtū cū vino ad modū emplastri: ꝛ liga desup: ꝛ da ei ad deglutiendū ea que sint lenia aliquātulū grossa: sicut ē mica panis optīe fermētati: ꝛ similia. Et fac eū sternutare iclinato capite: qm̄ ide recipit iuuamētū. Et in sūma dico q̄ cura istius egritudinis ē p̄mo corp⁹ totū euacuare gñal'r ab humore: ꝛ spāl'r seu pticulariter: masticādo grana catapucie expuēdo exteri⁹ fl'a qđ ide exierit ab ore: ꝛ desiccādo humorē: seu 9sumendo. ponēdo desup emplastrū p̄dictū ex macis: ꝛ gariofilis distēperatis cū vino: ꝛ stude paulatine ad redeūdū spōdile: vel spōdilia ad locū suū nāle: cognoscēdo q̄ hec egritudo nāl'r piculosa est valde ꝛ festina. Et ꝓpter hoc studiosus esse debes in cura: p̄stādo remedia absq̄ dilatione.

¶ Cap. VI. Qđ est de dislocatiōe spōdiliuz colli.


Dislocant̄ hec spōdilia: aut versus partez dextrā: vel versus sinistraz. Et hec dislocatio est valde grauis: ꝛ ide accidētia fortia ꝛ difficillima 9sequuntur. ꝛ si dicta dislocatio vel tortura fuerit parua. modicū ide ifirmo sequit̄ nocumētū. Sz si fuerit magna dislocatio: forma eius erit sicut angulus rectus vel lauda Λ ꝛ efficit̄ ide relaxatio totius corpis: aut sqnātia: ꝛ spasm⁹. ꝛ hoc accidere pōt aut ex casu: vel apate: q̄ faciūt exire spōdilia ex locis suis. Ex dislocatiōe spōdiliū veniūt accidētia hec: qm̄ si fuerit dislocatio solū absq̄ lesione nuche: accidit ex hoc paruitas mēbroꝝ ꝛ p̄uatio nutrimēti ipsoꝝ: ꝛ ꝓuenit ex hoc sic accidit arbori impfecte: fracte: in qua nutrimētuz tortuose ꝓcedit. ꝛ pōt etiā ex tali dislocatiōe infirm⁹ fieri gibbosus. Sz si dislocatio facta fuerit solū in vna parte: cū hec fuerit parua aduenit ide mēbris paucitas nutrimēti. sz si fuerit magna fit ide relaxatio medietatis toti⁹ corpis. ꝓpter extēsionē q̄ fit in alio latere: eo q̄ qñ spōdili accidit extēsio: sequit̄ ide spasm⁹ absq̄ dubio: ꝛ q̄libet istoꝝ accidētiū p se pōt inducere necē: ꝛ multo magis si oīa simul fuerint 9gregata: ꝛ ego puto q̄ relaxatio illa q̄ cā humoꝝ fit: mortē ifert suffocādo ꝓpter p̄uationē anhelit⁹ pectoris. Et oīb⁹ p̄dictis egritudinib⁹ 9fert flōmia ꝓpter dubitationē apostematis: ꝛ resoluere id quod ifusuz est de humore: ꝛ deriuare ad aliā partē illud qđ nōdū est ifusuz: ꝛ 9fortare locū lesum seu pcussuz. ꝛ id in quo oīa p̄scripta iuuamenta simul sunt coadunata: est oleum rosatum in quo rose recentes vicibus pluribus sunt infuse. ꝛ sufficit illud ad inungendum locū. ꝛ si res fuerit aliquātulū dilatata ad dissolutionē humoꝝ: adde oleū de lilio ꝛ de iasemino si poteris inuenire. Sed si egritudo fortis extiterit operatio eritinanis. ¶ Et postq̄ locutus sum de spondilibus: nūc loqui intēdo de nucha. Et scias q̄ nucha est sic fons a qua mittit̄ oībus mēbris q̄ sunt sub ipsa sensus ꝛ motus: ꝛ nerui sunt sicut riuuli qui oriunt̄ ab ipsa.

¶ Cap. VII. Qđ est de egritudinibus nuche.


Et accidit in nucha aliquando stupor qui fit a medico ꝓpter appositionē frigidarū reruz desuper. aut ꝓpter equitationez factam per magnā niuē: ꝛ fit inde q̄dā spēs egritudinis: que in arabico dicit̄ alchadar: in qua priuat̄ sensus ꝛ motus mēbroꝝ existentiū sub ipsa. Et huic egritudini cōfert inungere locū cuz oleo nucū cui additū sit in qualibet. ℥. ipsius octaua pars aurei vni⁹ ex euforbio: ꝛ si nō haberes oleū de nucib⁹: pone loco eius oleuz de lilio mixtū cuz oleo oliuarū: ꝛ oleuz de ben etiā mixtū cuz oleo de iasemino similiter in hoc loco 9fert valde. Et ad de predictis oleis ad cōfortationē caloris innati de oleo balsami: ꝛ alia olea confortant̄ accidentaliter calefaciendo ipsa ad ignem. ꝛ sic agendo operabitur tua medicina perfecte. Et scias q̄ id quod patitur nucha de egritudinibus patiunt̄ etiā nerui qui oriunt̄ ab ipsa. Et mihi iā accidit id qđ dicā tibi. s. q̄ eundo precepto regis in abuçacbadria cū frigore vehemēti ꝛ forti pluuia ꝛ vēto. qui q̄dē vētus mihi adueniebat pte sinistra pede meo ex illa pte ex ñ te discoopto durāte illa tēpestate sic p totū diē. ꝛ sic eūdo mihi cecidit patitus de pede: ꝛ nō potui ip̄z itus reducere eo q̄ nō poterā mouere coxā: q̄re ali⁹ mihi posuit ip̄z i pede. ꝛ itez cecidit: ꝛ reiterat⁹ fuit mihi: ꝛ tertio itez cecidit ꝛ mihi ab alio iposit⁹ fuit: eo q̄ mīme coxā ꝛ crus mouere poterā. ꝛ tūc cog̅ui q̄ a pede crure ꝛ coxa p̄uat⁹ erat mot⁹ ꝛ sensus. Et cū veni ad patrē meū nō potui ire sz duct⁹ fui ab alijs: q̄re iunct⁹ fui i coxa ꝛ spōdilib⁹ iferiorib⁹ cū oleo illo qđ apportauerā cā illi⁹ ifirmi p quo veneraz q q̄dem erat palitic⁹. ꝛ i quo p̄uat⁹ erat sensus ꝛ mot⁹. ꝛ in illo oleo erat balsamū. Et feci mihi aerē rectificari cū forti igne et magno. ꝛ aduenie̅te die fui liberat⁹. et p certo scias q̄ nerui citi⁹ valde apti nati sūt recipe egritudies q̄̄ ipa nucha: q̄uis nerui sint duriores ꝛ solidiores ac dēsiores ipsa nucha: tñ qz sūt subtiliores ipsa: iō citi⁹ ꝛ leui⁹ p̄tit recipe passiōes. Et ēt qz a diuina ꝓuidētia nucha hz defensoriuz ad sui custodiā ꝛ cōseruationē cū sit sicut radix: eo q̄ a ōstructione ꝛ corruptiōe ipsius destruunt̄ omnes nerui q sunt sub ipsa: ꝛ non conuertit̄. s. q̄ a destructione alicui⁹ nerui: vel neruoꝝ destruat̄ nucha vel corrūpat̄.

¶ Caplm̄. VIII. Quod est de apostemate nuche.


Et hec egritudo accidit nuche aut i suba ipsi⁹ aut in pellicula que est circundās ipam: ꝛ pōt hoc accidere ab humorib⁹ diuersis sed ꝓpter acuitatē ꝛ velocitatē egritudīs op3 te eē sollicitū circa flōmiā: etiaz si virtus debilis fuerit. Qz si fuerit debilis minues de q̄̄titate. si fortis fuerit in maiori quantitate extrahere debes. ꝛ postmoduz purgare humorē illum quē videris vel cognoueris abūdare cum medicinis sibi appropriatis. ꝛ postea inunges locum cum oleo rosaceo calefacto ad ignē: vel cum oleo rosaceo mixto cū oleo de lilio. aut cum oleo de iasemini. aut cum oleo de alchachoen. qđcūq̄ eoꝝ inueneris magis apte: eo q̄ id qđ iuenit̄ in ipsis nō est res de q̄ medicina magnam faciat sollicitudinē. Et esto cert⁹ q̄ scia medicinalis non opatur ab aliquo pfecte nisi post longā ꝛ multā 9suetudinē. ꝛ longā expientiā in ipsa. ꝛ nullo mō cuz sophisticationib⁹ vl' sophismis logicalib⁹. Eo q̄ si aliqs sophisticādo se voluerit intantū subtiliare in medicinis laxatiuis: vt iueniat in ipsis q̄̄titatē ꝛ qualitatē purgatiōis proportionaliter: vt egritudo ꝛ quantitas humoris vel humoꝝ exigere videt̄. ꝛ non excedat in plus vel min⁹ vno pilo. intantum

ꝑturbabitur eius mens ⁊ intellectus ipsius taliter deuiabit: ꝙ tardabit in curatione infirmi intantū: ꝙ infirmus inde ad mortē poterit deuenire.

¶ Cap. IX. Quod est de opilatione nuche.

ET quidē opilatio q̄ fit ī nucha accidit ab humore grosso: ⁊ pōt fieri in vna pte ipsiꝰ nuche vel in tota nucha. ꝙ si fuerit in pte: erit relaxatio corpis eiusdē ptis ſm diametrū. ⁊ si fuerit in tota nucha: erit relaxatio totiꝰ corpis ab illo spōdili inferius. Et si dicta opilatio fuerit debilis atqꝫ parua: accidet inde solū duricies ⁊ pigricia sensus ⁊ motus absqꝫ relaxatiōe cōpleta. Quare medico ꝯuenire videt̄: ꝓpinare in hoc casu ea q̄ sunt apitiua subtiliatiua ⁊ incisiua: ⁊ vrine ꝓuocatiua. Et iā est cognitū ꝙ qōlibet apitiuū ⁊ incisiuū abstersiuū existit: ⁊ nō ꝯuertit̄ ꝙ qōlibet abstersiuū sit aptiuū ⁊ incisiuuz. Et scias ꝙ syrupus sgnçabin sgliticus factꝰ: cū melle distēperatus cū quattuor tm̄ ipsius aque rosacee in hoc casu multū cōmendat̄. ⁊ si in eadē aqua rosacea decoctū fuerit aliqd ligricie mūdate erit lōge melius: qꝛ remouet acuitatē ⁊ pōticitatem aceti: ⁊ ide etiā remouet nocumētū qd in neruis hꝫ generare. Et si cōposueris ei hanc medicinā erit valde vtilis. ℞. yreos: pollicarie: eupatorij: asari. ana. auř. i. centauree maioris q̄rtā partē auř. i. seīs melonis mūdati ad pōdus medietatis oīuz p̄dictoꝝ. ligricie q̄rtā partē totius predictoꝝ. cōquassent̄ que sunt cōquassanda: ⁊ pone ad lētum ignē cū. ℥. xv. aque donec redeat ad medietatē: ⁊ coletur optime exprimēdo. ⁊ pone ī illa colatura de syrupo citri. ⁊ de syrupo squinātí. ana. ℥. i. ⁊ bibat ex illo. 7. diebꝰ vel. x. ⁊ poterit esse ꝙ cū eo liberabit̄. ꝙ si nō liberaret̄ ex eo p̄para te ad purgandū ipsuz ex illo humore. Et hec medicina est valde ꝯueniēs in hoc casu. ℞. almuchel ⁊ est bdelliū: ⁊ iaussie qd ē armoniacū: ⁊ ales beneg. i. serapinū. an̄. auř. i. colognride q̄rtā partē auř. vniꝰ. Incide colognridā minutiꝫ: ⁊ misce cū ea auř. 5. ex medullis amigdalarū mūdatāꝝ ⁊ q̄rtā ptē auř. i. ex puluere dragg. ⁊ oīa malaxa cū syrupo sgnabi. ī magdaleonē: ⁊ ꝓpia ex ipso auř. v. cū aq̄ calida ad bibēdū: ⁊ si nō purgaret̄ sufficienter: distēperabis de reliquo cū aqua calida ⁊ dabis ei: ⁊ fac eū seruare custodiā queādmodū ꝯuenit in alijs laxatiuis: ⁊ inunge nuchā in loco vbi cognoueris eē opilationē cū oleo de iasemini: vel rosaceo: de quocūqꝫ meliꝰ habere poteris: qm̄ ista habēt opilationē eius remouere cū auxilio dei. ⁊ esto certus ꝙ ita est de nucha: sicut de alijs mēbris corpis: eo ꝙ si elongata fuerit a sua ꝯplōne nāli: opꝫ te laborare vt ipsam redire facias ad eādez: ⁊ nō debes eā curare cū rebus multū remotis a tēperamēto vel equalitate. Et medicamēta que in eis facies nō debēt penitꝰ ſm graduz ptrāsire: ſꝫ secure vti poteris his que sūt calida a p̄ncipio p̄mi vsqꝫ in fine secūdi gradus ponēdo semper cū p̄dictis ꝯfortātia cū aliqua stipticitate faciēdo aromaticitatez: ⁊ aromatica exuberare cū p̄dictis vltra posse: qm̄ est ꝑutile in hoc mēbro absqꝫ dubio. Et oꝫ te etiā cuz omni sollicitudine ꝓuidere ⁊ cōsiderare in hoc mēbro: vt minime ei applicare facias q̄ sunt calida vel frigida: sicca vel humida in tantū ꝙ mēbrū nō possit ea faciliter sustinere.

¶ Cap. X. Qd ē de apātibꝰ q̄ fiunt circa guttur.

ET fiunt circa colluz ⁊ guttur apāta: ⁊ pro maiori parte fiunt ꝓpe caput: ⁊ cōiter ab oībus nominant̄ ista que in istis locis oriunt̄ gançirra. i. scrofule. Mā vero harū est flegma: ⁊ istud flegma aut est grossuz: aut viscosuz: aut est flegma grossuz desiccatū vltra id qd sue ꝯplōni ptinere videt̄: ⁊ ꝯuersuz q̄si ad nām melācolie. Et pōt etiā fieri a tali flegmate cui humor adustus habēs acuitatē nāliter sit admixtus. Quare dissolutio ⁊ maturatio in tarditate ⁊ breuitate istarū erit ſꝫ nāz p̄dicti hūoris ⁊ mixtionē ipoꝝ adiuicē: qm̄ si ī dictis apātibꝰ nl'la rubedo appuerit: firmꝰ eē debes in tua opiōne: qd oīno sūt absqꝫ mixtione alicuiꝰ hūoris acuti: ⁊ si cū hoc dura fuerit: significat̄ ꝙ melācolie hn̄t ptinere: ⁊ si mollia fuerit scire debes ꝙ flegma nāle dn̄at̄ in eisdē. Cura hoꝝ ē emplastriçare ea in p̄nº cū camomilla: ⁊ farina ordei: ⁊ rosis mixtis cū aceto: eo ꝙ acetū hꝫ flegma īcidere ⁊ subtiliare: ⁊ suis nocumētis obuiare: ⁊ frangit acuitatē hūoris acuti si ex eo aliqd est in eā: ⁊ da ei ad bibēdū syrupū sgnçibi ad īcidēdū fl'a cū decoctiōe ligricie ⁊ passularū enucleatarū: eo ꝙ ligricia ⁊ passule habēt nocumētū: qd pōt ꝓuenire ab acuitate ⁊ siccitate sgnçabi remouere. ¶ Aliud ēplastrū ē qd eas dissoluit. ℞. radices alcharscaūia: ⁊ credo ꝙ sit ciclamē: ⁊ karobe porcine: ⁊ distēpa cū decoctiōe camomille: ⁊ fac emplastrū: ꝯsiderādo: vt nō īsistas ī istis solū cū resolutiuis: ita vt nō misceas cū eis aliq̄ hūida: sic ē flos lingue bouine q̄ ē valde vtilis ī hoc casu: ⁊ ēt succus pomoꝝ eo ꝙ si vsus fueris resolutiuis vaporabit̄ subtile ⁊ remanebit grossū qd īdurabit̄ ⁊ ꝯuertet̄ ad lapideitatē. ⁊ nos videre possumꝰ sil'e in opatiōibꝰ illoꝝ q ītēdūt abstergere ⁊ mūdificare canales aquaꝝ a rebꝰ duris ⁊ grossis exn̄tibꝰ in eis: qm̄ ipsi nō īsistunt solū in extirpādo ⁊ abstergēdo: veꝝ ēt cū sparsiōe aq̄ ī maxīa q̄ztitate vt ille grossicies vndiqꝫ mollificent̄: ⁊ cū eadē aq̄ defluēdo recedāt: ⁊ hoc idē faciūt medici ⁊ facere debēt. s. ponere humectantia: ⁊ mollificātia: cū resolutiuis: ad h̄ vt adequent̄ sil'mēc: ⁊ vt citiꝰ resoluant̄ ⁊ euaporent̄ eq̄l'r. Et purga īfirmū ab hūore illo a quo tibi videt̄ ꝯuenire: ⁊ nō īdiges fl'omia ī hac egritudīe ꝓ maiori pte: qm̄ raro a sanguīe ⁊ colera hn̄t ꝓuenire. Et si fuerit aliqn̄ ab istis vel ab aliq̊ istoꝝ ē valde raꝝ: ⁊ hoc cognoscere potes suis signis: ꝓut iā supra d̄terminatū est: ⁊ si sanguinē cognoueris exuberare minue ex illo: ꝓut tibi videbit̄ ꝯuenire ſm v̄tutē patiētis: ⁊ ꝯplōnē ipsiꝰ. Sꝫ si īfirmus cū p̄dictis scrofulis sic ꝑmāserit. ⁊ steterit lōgo tpe absqꝫ regimine aliquo ⁊ ꝯsilio medicoꝝ nec vsus fuerit resolutiuis subtiliatiuis ⁊ īcisiuis tūc oīo ille ad saniē deriuabunt quare ꝓpera cuz omni sollicitudine ad eius gn̄ationē faciēdā. ⁊ si cōplexio infirmi hūida fuerit: fac emplastrū ex pasta fermētata mixta cū butiro. ⁊ si eiꝰ ꝯplō ad aliquā siccitatē deriuauerit: ⁊ tunc hēas micā panis: malaxa eā cū decoctiōe pedū arietis. Et cū maturatū fuerit apostema aperi locū in loco ipsiꝰ pēdenti. vt inde sanies faciliꝰ ⁊ meliꝰ possit mundificari. Et hoc si optime cognoueris ⁊ scieris anothomiaz mēbroꝝ. ⁊ caue ne decipiaris in īcisiōe. s. vt nō facias eā in loco vene. vl'arterie. aut nerui. ita vt ex illa īcisiōe possit lōge maior egritudo oriri priore. eo ꝙ si sciaz anothomie penitꝰ fueris ignorās. ita ꝙ eā nō fuisti expertꝰ nec eā vidisti. sed solū ex ea scis aliqd ex auditu. ipol'e ē vt veritatē huiꝰ possis cognoscere certissime: ⁊ ꝑfecte: ⁊ maxīe ī mēbris ꝑuis: ⁊ pp̄ h̄ si fuerl sic ignorās caueas tibi ab īcisiōe facta cū ferro oīo. sed pone suꝑ locū quē ītendis aperire stercꝰ colūbaꝝ malaxatū cū brodio pedū arietis. si fuerit delicatus ⁊ mollis ꝯplōnis aut puer. Sed si īfirmus fuerit rusticꝰ vel senex. miscebis ⁊ malaxabis dictū stercus cuz sapone molli. Et si fuerit īfirmus mediocris cōplexiōis ⁊ etatis. miscebis cum butiro antiquo: qm̄ faciet locuz aperiri in breui. Et rege infirmū subtili regimine longo tempore. s. cū pullis paruis: ⁊ tassea facta cū aceto. ⁊ pullis plenis amigdalarū ⁊ panis madefactus ī oleo cū modico sale ⁊ comestus cōfert valde. Et facta apertione primo pone intus tantā inuolutā in melle per diē. vnaz ⁊ alijs diebus pone tantam optime tinctam ex vnguento de palma dissoluto cū oleo rosaceo. ⁊ fac ꝓut tibi videbit̄ ꝯuenire. ꝯsiderata etate īfirmi ⁊ sua cōplōne: ⁊ ſm quātitatē ꝯsolidationis vulneris

ita tantam debes diminuere donec fuerit liberatus cum adiutorio dei.

Cap. XI. Qd est de solutiōe ɔtinuitatis colli.



Et qꝫ collū est mēbrū cōpositū: ideo ei accidere pōt solutio cōtinuitatis sicut alijs mēbris accidere ɔsueuit: ꝛ hoc ei euenire potest aut ab extrinseco: aut ab apostemate. Et scias ꝙ multe egritudines oriuntur in collo ex dissolutiōe cōtinuitatis: ꝛ maxime in neruo noīato in arabico neruus retrogradus: ꝛ qñ egritudo ibidē generatur: destruit vox: eo ꝙ partes epigloti nō claudunt debite ꝛ cōueniēter: nec dilatant: ꝛ efficit eius vox rauca ad similitudinē vocis hoīs fortiter infrigidati: ꝛ si dictus neruus fractus fuerit: cura eius tūc est ipossibilis. Sꝫ si fuerit dicta egritudo ex apostemate: tūc curabit curato apostemate. Quare studeas in remouēdo ipsū sicut diximus. s. cū euacuatiōe: ꝛ purgādo humores: ꝛ resoluēdo ipsos: ꝛ faciendo oīa pdicta tpe cōuenienti. Sꝫ si fuerit ex opilatione euacua corpus cū laxatiuis: ꝛ postea studeas in dissoluendo opilationē: ꝛ in aperiēdo eā cū oleo anetino ꝛ silibus: donec redeat mēbrū ad statū suū ꝓpriū miscēdo cū predictis aliqua q̄ sunt stiptica ꝛ aromatica. Sicut recipiēdo ex oleo rosaceo partē vnā in tribus partibus olei anetini: ꝛ ex eo inunge locū. Sed si dicta causa ꝓcessit a mala ɔplexione frigida neruo eueniēte que eidē supuenerit a niue vel vento: aut pluuia: vel aliquo alio frigido aere: aut ab appositione medicinarū frigidarū ꝛ narcoticarū: sicut iperiti medici facere cōsueuerūt: tunc cura tua esse dꝫ cū rebus calefaciētibus: ꝛ inq̄tū causa fuerit frigida actu ꝛ potentia in tantū ei resistere debes cū rebus ɔ̄rijs calidis. s. actu ꝛ potētia. Et quia ex pdictis causis coagulatur sanguis ille qui in neruo pdicto existit: ideo isistere debes cū rebus calefaciētibus ꝛ aperiētibus actu ꝛ potētia: sicut sunt ista ꝛ his similia. s. oleū anetinū: ꝛ oleū de narcisco. ꝛ pinguedo de alchorac. i. gruc: ꝛ aliquātulū pinguedinis galline: misceant oīa supradicta: ꝛ calefac istud vnguētū: ꝛ inunge locū pluries sic faciēdo: ꝛ madefac cotū in eodē tepido ꝛ suppone. Et scias ꝙ oē mēbrū existēs in pncipalitate ꝛ nobilitate nerui. minime sustinere pōt cōtrarietates medicinarū existētiū in vltimo absqꝫ medio: eo ꝙ q̄n̄is fuerit mēbrū densū: solidū atqꝫ firmū: cū hoc toto destruit eius v̄tus: ꝛ perdit ꝛ adnichilat. ex appositione taliū medicinarū existētiū in vltima ɔ̄rietate. Et hoc cognoscere debes ex dictis antiquoꝝ ꝛ vera dicūt loquēdo de dētibus. s. id qd̄ eis magis nocere pcipit. est quādo extrema eis accidūt absqꝫ medio. s. comedere: vel bibere calida actu in excessu post frigida actu i excessu: ꝛ tū substātia eoꝝ est dēsa: solida atqꝫ dura ad recipiēdū passiones ꝛ in tantū sunt dure substātie: ꝙ aliqui antiquoꝝ medicorū crediderūt ꝙ essent ipassibiles ꝛ absqꝫ sensu: ꝛ tū veraciter sunt sensibiles. Quāto ergo nerui qui sunt molliores ꝛ magis delicati debēt magis recipe passionē ꝛ pturbationē ab extremis ipsis dentibus: ꝛ absqꝫ dubio qñ medici ponūt hāc cōparationē pncipaliter in dentibus: nō intelligūt solū de dentibus: sed de oibus alijs mēbris corporis. Sꝫ cū hoc nocumētū pcipit in dētibus: q sūt tā dure ꝛ dēse substātie. quāto magis in alijs que sunt molloris valde ꝛ rarioris substātie pcipi deberet. regimē ergo eius dꝫ ad caliditatē modicā ptinere. Et oēs alie medicine sint tēperate: vel ad modicā caliditatē pertinētes queādmodū supra diximus: sicut in cibis eoꝝ ꝓpinare turtures ꝛ minutas aues nemoris. ꝛ etiā passeres in estate elixatas: ꝛ in hyeme assatas in veru: vel decoctas cū almuri vel suffrictas in sartagine. sed scias ꝙ ea que sunt in vltimo assata magis medicine habent pertinere q̄ȝ ad cibum vel ad nutriendum.

Cap. XII. Quod est de inflatione facta in epigloto.



Et gñat̃ qñq̃ʒ in stõ veruca sicut in alijs mẽbris. Et ego qdẽ vidi hãc ꝑassionẽ cũ essez in carceribꝰ de balli: vni de familia sua: ⁊ ĩpe nõ digerebat cibũ: ⁊ febricitabat febre ĩordinata: q̃ aliqñ fortiter ĩualescebat: ⁊ ĩterdũ debilitabat̃: ⁊ hẽbat solutionẽ nõ magnã: ⁊ ille egestiões erãt varij coloris: ⁊ nõ bñ cog̊scere poterã cãm sue egritudinis: ⁊ cũ tetigissez pulsuz eiꝰ inueni ipsuz ĩordinatũ: ⁊ non magnũ. cognoui g̊ ex hoc ꝙ apa erat ĩ mẽbro młtorꝫ neruorꝫ: ⁊ spãłr q̄ erat serinꝰ: ⁊ debilitas ṽtutis patiẽtis obuiabat magnitudini ipsius pulsus. q̃re ista manifestabãt verucã esse in ipso stõ: ⁊ q̄ nõ erat multe velocitatis pulsus signũ erat manifestũ ꝙ nõ erat de genere calidoruʒ apatũ: ⁊ paulatĩe qdẽ eiꝰ caro diminuebat̃ quotidie: ⁊ cuʒ posuissez manũ meã suꝑ fundũ stõi. ĩueni duriciẽ ibidem ad quãtitatẽ vniꝰ pomi absq̃ʒ sensu alicuius doloris: ⁊ cuʒ fortiter cõpressissez manũ: tũc sensit modicũ doloris. Et quotiẽs iterabã ↄpssionẽ: fortiꝰ dolebat. Cognoui g̊ certissime ꝙ erat moriturꝰ: tñ ipsuz quotidie ↄfortabã: faciẽdo ei ea q̃ habẽt egritudinẽ mitigare: q̃ʒuis essez de eius curatiõe despatꝰ: eo ꝙ ṽtus ipsius q̊tidie debilitabat̃. Et q̃dã die cũ assellasset: assellauit qődã rotũdũ qď habebat formã pomi cũ radice vna: ⁊ erat solidũ. Et q̊tiens postea assellabat egerebat sanguinẽ in magna quãtitate: ⁊ sic ꝑseuerauit pluribꝰ diebꝰ. Et cognoscebã certissime ꝙ moriebat̃: tñ verecũdabar sibi dicere. Quadã aũt nocte vocauerũt me ⁊ ĩueni eũ q̃si mortuũ: ⁊ ĩdignatus fuit ↄ me credẽs ꝙ ego q̄ erã in carceribꝰ dñi sui nõ curassez de eo diligẽter: q̃ʒuis sibi purissime ⁊ fideliter seruiuissez: ds nouit. Sʒ debilitas ṽtutis eiꝰ ⁊ prauitas ⁊ fortitudo egritudinis obuiauerũt curatiõi sue: cũ oĩa in manibus dei existãt. Et q̃ʒuis de domo mea ⁊ possessiõibꝰ meis me extraxisset: nõ fui culpabilis ꝑꝑ hoc. deꝰ nouit. vñ dñs patiẽtis p̃cepit vt affligerer illa de cã. q̃re ↄuersus suz ad dñz: ⁊ dixi: fiat volũtas dei. Et cũ essez in ĩtroitu ianue carceris dixi illi q ducebat me: q erat de maioribꝰ ciuitatis. iste dñs intẽdit me molestare absq̃ʒ cã: deꝰ nouit. Et iã sũt plures dies ꝙ ꝓposuerã ei dicere ṽitatẽ. s. ꝙ nõ poterat euadere ab egritudine ista vllo mõ: sʒ verecũdabar ↄtristare aĩaʒ patiẽtis. Nũc aũt q̄ video ꝙ ĩtẽdit me ꝓ nihilo aggrauare: dico vobis ꝙ nõ viuet vltra. xij. dies. Ira aũt ⁊ ꝑturbatio animi quã habebã me in tãtũ coegit ꝙ dicta ṽba tałr dixi ꝙ īfirmꝰ me ĩtellexit: ⁊ seriose illud feci: ⁊ sic positus fui in carcere. A septẽ aũt diebus in antea cecidit virtus eius manifestissime: ita ꝙ misit pro vxore sua ⁊ filijs: ⁊ in nona die mortuus fuit. Et qď memoratus suz de hoc casu nõ feci nisi vt exempluz sit vobis in alijs: tamen si virtus eiꝰ fortis extitisset nõ erat ĩpołis cura eiꝰ: nisi forsan alias młtas verucas in stõ hũisset: ⁊ absq̃ʒ dubio hec veruca nõ orit̃ nisi ex hũore melãcolico: vel ex fłate grosso viscoso. Et accidũt h̃ ex comestiõe carniũ camellorꝫ antiquorꝫ et siłiuz: ⁊ ex comestiõe ẽt crudarꝫ carniũ. Et cũ ꝓcurabam marestã. i. hospitale īfirmorꝫ ĩueni quẽdã q ibi hẽbat verucã in stõ. Cuiꝰ egritudo aliqñ fortis erat: ⁊ ĩterdũ debił. nõ ꝑmanẽs in vno statu: nec ex assellatiõe alleuiabat̃. Et cũ ↄsumptus esset a carne: mihi venit ad curãdũ: ⁊ ex consilio meo ⁊ cura alleuiatꝰ fuit: ⁊ ĩcepit carnẽ restaurare: et demũ ĩcepit comedere cõtraria cibaria: ⁊ mortuꝰ fuit añq̃ʒ ad magnã cõsumptionẽ deuenisset: ⁊ absq̃ʒ dubio h̃ veruca erat ꝓꝑe orificiuʒ stõi: ⁊ iõ velociter mortuꝰ fuit ꝑꝑ dissolutionẽ ⁊ casum virtutis quẽadmodum dixi.

Capituluʒ. IIII. Qď est de ficu que fit in stomaco que in arabico dicitur dubelati.

Et procreat̃ aliqñ in stõ q̃dã spẽs apostemat] que arabice dr̃ dubelati. ⁊ ego iã vidi tẽpore meo quẽdã q patiebat̃ hãc egritudinẽ: q erat iuuenis in fine etatis illiꝰ: ⁊ cõiter erat bone virtutis: cuius ↄpłõ erat calida ⁊ sicca: ⁊ erat multe comestiõis: ⁊ absq̃ʒ custodia aliq̃. Cui suꝑuenit d̊bilitas magna in suo corꝑe toto cũ młta macie ⁊ extenuatõe. ⁊ cũ h̃ toto cõedebat ea q̃ ĩ sua sanitate cõedere ↄsueuerat: ⁊ erat absq̃ʒ febre: ⁊ bñ cibũ suũ digerebat: nʒ medicis obediebat in custodiẽdo se a mał cibis. Et cũ nõ potuisset ire: decubuit ad lectũ: ⁊ tũc mihi fcã sua recitauit. Et ego steti tp̃e bono ꝙ nolui ei ↄsulere: demũ p̃cibꝰ suis coactꝰ ĩcepi eũ regere ⁊ curare: ⁊ quãdiu ĩ meo regimĩe ꝑmanebat: bñ erat ei: et cũ a regimĩe elõgabat̃: corrũpebant̃ fcã sua. Et taʒ diu sic ꝑseuerauit donec ad spẽʒ ethice d̊uenit cũ magno calore: ⁊ ad vltimũ febris illa ↄuersa fuit ad paroxismos manifestos: tñ ĩordinatos: ⁊ qñ cõedebat nõ morabat̃ diu ꝙ pulsus eiꝰ ad duritiẽ ↄuertebat̃ cũ modica velocitate. ⁊ ex ĩde cepit appere ĩ fundo stõi corpꝰ apatis: ⁊ ex sua ĩordinatõe cibi ĩ breui appuit apa in grossitudĩe pomi granati magni manifeste: ⁊ cepit hr̃e fluxũ vẽtris. ⁊ ex ĩde cepit hr̃e stõacus motꝰ malos: qm̃ suꝑuenit ei spasimꝰ: ⁊ singultꝰ: ⁊ mortuꝰ fuit ille cũ prauis ⁊ fortibꝰ accñtibꝰ. s. cũ dissolutõe virtutis ⁊ sincopi frequẽti ⁊ successiua: ⁊ nũq̃ʒ illud apa apertuz fuit. Et miratꝰ fui nõ modicũ ꝙ īfirmꝰ ille potuit tãtũ durare: donec apostema dictũ ad tantã magnitudinẽ habuit ꝑuenire: sed pro certo h̃ nõ fuit nisi q̄ ipsũ apostema erat ex hũore ꝓꝓrio melãcolico: aut ex fłate qď erat ĩ vltima grossitudĩe: ⁊ signũ hꝰ erat: ꝙ erat q̃si oĩo absq̃ʒ dolore nec vnq̃ʒ putredo aliq̃ ab apate in stõ resoluebat̃: nisi qñ morti appropinq̃t. Et hoc iõ q̄ aliq̃ res nõ mouet aliqd

nec mutationē facit:nisi qñ mouet̃:⁊ ꝓ maiori parte hec
egritudo ĩcurabilis ē ꝑꝑ grossiciē hũoris ⁊ ipsiꝰ maliciã:⁊
hac de causa resolui nõ põt. Sꝫ si hec egritudo ex lenibꝰ
fuerit:⁊ medicꝰ fuerit studiosus poterit paulatine eã dis/
soluere:humectãdo dubellati ĩtus ⁊ ex̃: qñ reꝫ grossaꝫ ĩ/
possibile ē dissoluere nisi ꝑus humectet̃:⁊ cũ humectata
fuerit leuiꝰ dissoluet. Medicꝰ aũt postea miscere dꝫ has
medicinas sil̃:⁊ tẽꝑare eas:⁊ iterare ipsas diu donec fuerit
liberatꝰ. Si aũt aꝑa dictũ ad aptionẽ ⁊ eruptionẽ deuene
rit:tũc cura eiꝰ erit ĩpol̃is ꝑꝑ maliciã hũoris q exit ab ea:
⁊ ꝑꝑ nobilitatẽ ipsiꝰ mẽbri qd̃ ē immẽse necessitatis ⁊ ma
gne oꝑatiõis in corꝑe. Et pñt etiã ex hac egritudĩe alie in/
firmitates in corꝑe fieri:hoc est ꝙ ꝯpl̃o epatis ab ipsa al/
terat̃ hoc mõ:qꝛ cibꝰ in stõ patiẽtis nõ bene digerit̃:⁊ si in
ipso nõ digerit̃ ĩpol̃e ē ꝙ ĩ epate digerat̃:⁊ sic epati ĩducit
lesionẽ sicut vides ꝙ qñ aliqs hõ granũ frumẽti ĩtegruꝫ
nõ decoctũ nec vstulatũ vel ꝯtritũ deglutierit: ꝙ stoma/
chus nõ põt ipsuꝫ digerere: ⁊ si stomachus nõ põt hoc fa/
cere. ergo quõ epar facere poterit: Et sic de alys cibis: qꝛ
quãdo stomachus nõ põt ipsos digerere:nec epar. Et hoc
alias latius declarabo deo concedente.

¶ Cap. V. Qd̃ est de hũoribꝰ diuersis ĩbibit̃ ĩ fl̃atico stõ.

Et in stõ qdẽ aliqñ ĩbibit̃ fl̃a mixtũ cũ col̃a ĩ
tunicis stõi:⁊ in ipsiꝰ grossicie:q̃re sequit̃ ĩfir/
mo hac de cã debilitas v̾tut̃ digõnis:⁊ cona/
tur vomere:⁊ nõ eycit res de qbꝰ sit curãdũ:
⁊ hꝫ eructationes. Qꝛ si eructatio illa fuerit
acetosa:scias ꝓ certo ꝙ cum illo fl̃ate mixta est mel̃ia:ꝓ/
pina ḡ ĩfirmo oĩ mane ad bibendũ de syrupo sgnçabin: ⁊
de syrupo feniculi ana cũ tãto aque decoctiõis masticis
calide ⁊ sufficiet. Si aũt dicta eructatio fuerit fumosa ꝓ/
pter comestionẽ rerũ siccarũ ⁊ dissolutiuarũ: ⁊ abstinen/
tia rerũ humectatiuarũ. scias ꝓ certo ꝙ colera est ĩbibi/
ta in ipso stõ. Et signũ huius certissimũ est motus ĩferio/
ris laby. Et cũ hoc cognoueris:ĩcipias euacuare coleram
cũ scamonea ⁊ aq̃ lactis coagulati cũ semĩe cartami: vel
cũ mirabolanis citrinis. Et q̃uis Gal̃. de hoc non fecerit
mentionẽ. s. ꝙ habeant virtutẽ coagulandi lac. experien
tia tñ nos docuit:⁊ laudauit ꝙ optimi sũt ad coagulãduꝫ
ipsuꝫ. Et si ista col̃a nõ fuerit ex illis q̃ ꝓcedunt ab epate:
sꝫ fuerit ex spẽbꝰ colere eruginose vel prassine: acciden/
tia tũc erũt fortiora ⁊ ĩpetuosiora: q̃re nõ sufficiet purga/
re solũ cũ scamonea ⁊ lacte dicto:ĩmo oꝫ vt misceas cum
p̃dictis de lapide laçuli:aut ĩfusiionẽ lapidis laçuli in la/
cte. Postea dabis ei ad purgãdũ ea que ducũt humoreꝫ
grossuꝫ:sicut est scamonea cuꝫ q̃rta parte ipsiꝰ ex bdellio
cũ aq̃ cucurbite:vel cũ aq̃ lactis. Et qꝛ iste humor ad sic/
citatẽ declinat:ideo nõ debes ei dare aliquã medicinã:ni
si sit mixta cũ re humida:sicut aq̃ cucurbite vel aq̃ lactis
Et aloes etiã cũ scamonea mixta cũ re humida cõfert in
hoc casu. Si aũt eructatio fuerit acetosa: ⁊ cũ hoc patiẽs
habuerit tremorẽ laby vt dictũ est. scias ꝓ certo ꝙ h̃ hu/
mor ĩbibitus in ipso stõ p̃mo fuit colericus:postea fuit ibi
adustus:⁊ ꝯuersus est ad melancoliã. Purgabis ḡ ipsum
queadmodũ ĩferiꝰ declarabo. Si v̾o id ꝙ infusuꝫ est ⁊ ꝓ/
fundatũ in corꝑe stõi fuerit fl̃a:dabis ei p̊ ad bibẽdũ sy/
rupũ sgnçibin factũ ex melle. Qꝛ si fuerit iuuenis: suffici
et tũc ei dare syrupũ sgnçibin simplicẽ cũ syrupo fenicu/
li. viy. diebꝰ vl̃. x. Regimẽ qdẽ eiꝰ sit panis bñ fermẽtatꝰ
cũ pullis vl̃ turturibꝰ ⁊ passeribꝰ fact̃ ĩ tassea. Et si coleri/
ca fuerit mã decoquant̃ p̃dicta cuꝫ aceto. fl̃a aũt purga/
bis cũ seĩe vrtice ⁊ cartami bdelio ⁊ oppoponaco ⁊ sera/
pino ana partes eq̃les:pulpe collogntide minutiꝫ incise:
⁊ ĩfuse ĩ lacte amigdalarũ tãto ꝙ sit decia ꝑs. Misceant̃
oĩa p̃dicta cũ syrupo sgnçibĩ facto ex çuccaro: ⁊ da infir/
mo ad bibẽdũ ꝟꝫ v̾tutẽ patiẽt̃ a q̃ttuor aureis ĩ. y. Si aũt
fuerit estas:⁊ patiẽs iuuenis:oĩa p̃dicta misceant̃ cũ oleo
amigdalarũ dulciũ:qm̃ ē bonuꝫ. Qꝛ si certificatꝰ fuer̃ ꝙ
hũor sit mel̃icus:⁊ istd̃ scies ex motu laby: ⁊ ex motu stõi
ad vomẽdũ:⁊ ꝙ qñ stõachꝰ eiꝰ ē vacuus eueniũt ei yma/
ginatiões terribiles ⁊ sõnia varia:⁊ ꝓ maiori parte sõnia
eiꝰ sũt v̾a. hec sũt ꝓꝑa signa hꝰ egritudinis. Igit̃ postq̃ h̃
humor est mel̃icus nõ sufficit ad incidẽdũ illũ cũ syrupo
sgnçibin solo:ĩmo oꝫ vt addas amigdalas amaras:⁊ syru/
pũ de cẽtaurea:⁊ syrupũ feniculi:cui dabis oĩ mane ad bi
bendũ cũ aq̃ tepida vsq₃ ad qndeciꝫ dies. Et postea pur/
gabis cũ elleboro nigro:qꝛ illud ꝓꝑiuꝫ ē ĩ attrahẽdo hunc
hũorẽ ĩ hac egritudĩe. sed p̊ rectificabis eũ h̃ mõ. s. pones
eũ p̊ ꝑ noctẽ vnã ĩ oleo amigdalarũ recẽtiũ:⁊ decoctione
polipody recẽtis:⁊ ad remouẽdũ angustiã ellebori nigri
addes aliqd de sticados:⁊ cũ h̃ ẽt adiuuat ad eũatiõeꝫ di
cti hũoris:⁊ pone sil̃r modicũ d̾ lapide laçuli:aut de aqua
in qua fuit ablutus lapis laçuli. Qꝛ si estas fuerit dabis so
luꝫ infusionẽ harũ medicinaruꝫ. ¶ Aliud medicamẽ ad
hoc. ℞. polipody recentis:florũ nenufaris ana. ℥. i. ellebo
ri nigri. epitimi ana aur̃. v. violarum ⁊ liquiritie ana aur̃.
x. ⁊. ℥. i. aque ĩfusionis ex lapide lazuli optime trito: q̃ sũt
ꝯq̃ssanda ꝯq̃ssent̃:⁊ ĩfundant̃ ꝑ noctẽ vnã in aq̃ feruẽti:⁊
colent̃ fortiter exp̊mẽdo ⁊ ĩ oĩbꝰ. x. ℥. hꝰ colature ponat̃. ℥.
i. colature dc̃e ĩfusiõis lapidis lazuli. ⁊. ℥. y. sirupi ligritie
⁊. ℥. i. sirupi masticini. Et ꝓꝑia ad bibẽdũ cũ duobꝰ granis
ordei scamõee nõ ml̃tũ trite. Et fac custodiri ĩfirmũ ĩ hac
purgatõe sic̃ fit in alys laxatiuis. Et qꝛ h̃ hũor cũ difficul
tate nõ modica mouet̃:⁊ eradicat̃ ex loco suo:ĩd̃ oꝫ vt ite/
res hãc medicinã pluries atq₃ pluries:ponẽdo spaciũ ĩter
vtrasq₃ tot diebꝰ q̃t sellas fecerit ex ipsa medicina. ¶ Me
dicamẽ aliud. ℞. lapidis lazuli:polipody:epitimi:violaꝝ.
añ. aur. i. ellebori nigri ĩfusi ꝑ noctẽ vnã in oleo amig. dul
ciũ:⁊ folia collogntide añ. q̃rtã ꝑtẽ aur. vniꝰ: scamõee põ/
dꝰ duoꝝ granoꝝ ordei. Terat̃ vnaq̃q₃ haꝝ ꝑ se:p̃ter folia
collogntide:q̃ ĩcidi d̾bẽt cũ forficibꝰ miũtim:addẽdo p̃di/
ctis medicis ex pl̃uere dragagãti ad põdꝰ ipsaꝝ: ⁊ tãtũdẽ
ex amigdal̃ dulcibꝰ mũdatis ⁊ bñ tritis ⁊ misceãt̃ cũ siru
po masticio:cui dabis ex ip̃o medicamĩe aur. iiy. fcã absti
nẽtia a ꝯ̃rys:⁊ p̃paratõe dcã cũ. ℥. i. oximell̃ simplicis:⁊ tri
bus. ℥. aq̃ cal̃e:regẽdo eũ ꝓut ꝯuenit ĩ laxatiuis. Et ē pol̃e
ꝙ ille idẽ hũor q ē ĩbibitꝰ in stõ:sit ẽt ĩ ip̃a ꝯcauitate ipsiꝰ:
tñ qd̃ purgat vnũ purgat ⁊ reliquũ. Si v̾o dicti hũores va
ry fuerit ⁊ diuersi ĩ spẽbꝰ ⁊ ꝯpl̃onibꝰ. difficulter cog̊scunt̃
⁊ medicant̃. v̾bi grã. ponat̃ ꝙ fl̃a ĩbibitũ sit in vill̃ stõi. ⁊ ĩ
ꝯcauitate ipsiꝰ sit colera vl̃ mel̃ia. ⁊ ista qdẽ colera q̃ erit ĩ
ꝯcauitate:gñata erit ex cibis calidis ⁊ siccis: aut deriuata
erit ibideꝫ a kisti fell̃. ⁊ si fuerit mel̃ia erit a splene. Signa
aũt qñ colera ē in ꝯcauitate ⁊ fl̃a ĩbibitũ in suba ipsiꝰ stõi
sunt hec. s. ꝙ stomacꝰ ꝯtinue mouet̃ ad vomituꝫ: ⁊ qñ vo/
mit. reycit coleraꝫ. ⁊ ē absq₃ motu labioꝝ ⁊ tremore:eo ꝙ
fl̃a ĩbibitũ remouet acuitatẽ colere. Sꝫ ẽt nõ ē lõginquũ
qn sitĩ patiat̃ validã atq₃ fortẽ:eo ꝙ colera illã mouet sui
nã:⁊ fl̃a ꝙ ē ĩbibitũ in villis stõi ꝓhibet sensibilitatẽ aq̃ ⁊
alioꝝ potuũ q bibunt̃:⁊ oĩa q̃ in stõ ĩtrant miscent̃ cũ cole
ra ipsa ⁊ incorporant̃:⁊ ꝑꝑ acuitatẽ ipsiꝰ colere ⁊ mordica
tionẽ q̃ semꝑ mordicat atq₃ pungit. pulsus efficit̃ paruus
atq₃ durꝰ. ⁊ cui hec apparuerit accñtia:fac eũ vomere cuꝫ
aq̃ mellis mixta cũ succo raphani:qm̃ h̃ faciũt vomere co
lerã. ⁊ educunt ẽt aliqd ex fl̃ate ĩbibito in stõ. Et ꝓꝑina ei
de sirupis p̃dictis h̊ ē de sirupo dcõ qñ fl̃a ē ĩbibitũ ĩ suba
⁊ villis stõi:⁊ purga eũ cũ laxatiuis supradictis: nec dimi/
nuẽdo aliqd nec decidẽdo. De melãcolia ãt q̃ ē ĩ cõcauita
te stõi inferius determinabo. Si v̾o fuerit ecõtrario. s. ꝙ
col̃a q̃ d̾riuata ē ab epate ad stõꝫ:aut ab ip̃o stõ gñata erit
in suba ipsius ĩbibita. flegma aũt reꝑtũ in sui cõcauitate.
Qd̃ qdẽ flegma ibi discursuꝫ fuerit a cerebro: aut in ipso

stō gn̄atū ex cōmestiōe ciboꝝ grossoꝝ ⁊ frigidoꝝ valde ⁊ humidoꝝ: aut ex sup̄flua ⁊ nimia comestione: aut erit ibi peccatū pp etatē ipsius patiētis: ⁊ sui ɔplonē. Tūc signa hoꝝ erūt ista. s. q mouet̄ q̄tidie ad vomēdū vice post vicē: ⁊ hȝ motū validū labij iferioris: ⁊ sitis ei⁹ est fortis: ⁊ maxīe qñ flegma viscosuȝ tēdit ad salsedinē: qꝛ de nā salsedinis ⁊ ꝓꝑetate est idu cere sitiȝ: ⁊ pp viscositatē f̄latis: qñ viscositas f̄latis adherēs fūdo ⁊ parietib⁹ stōi nō permittit deuenire aquā vel aliū potū ad ipsuȝ stōm. Et cola q̄ ē ībibita in subā: ⁊ in villis stōi manifestū ē q hȝ ēt sitiȝ ꝑcreare. Cū aūt certificat⁹ fuerꝭ ex p̄dictꝭ q sic fuerit sic diximꝰ: īcipe in curatiōe isti⁹ dare ei decoctionē raphani cū syrupo sqncibi facto ex forti aceto: ⁊ fac eū vomere cū isto medicamīe pluries ⁊ pluries: ⁊ postea euacua colam cū his q̄ p̄diximꝰ supius in isto caplo qñ cola ē simplr ībibita: qñ cola mouet̄ ad expulsionē. Or si certus fueris q dicta cola redūdata fuerit ab epate ad stōm: tūc credo q dare ifirmo aquā angurie ⁊ citruloꝝ liberabit eū educēdo colam exteri⁹: partiȝ p vrinā ⁊ ptiȝ p sudorē: rectificādo ɔplonē villoꝝ stōi: ⁊ frāgēdo mordicationē quā facit cola in ipso stō. Si v̄o cola gn̄ata fuerit in ipso stō: nō ꝓficit aq̄ anguriarū: ⁊ citruloꝝ p̄dicta: sȝ idiget euacuatiōis cū his q̄ diximꝰ q̄ hn̄t colerā euacuare: qñ simplr ibi cola dn̄at̄. ¶ Itē ponat̄ q melā sit in fundo vel in ɔcauitate stōi: ⁊ cola vl f̄la sit ībibita in subaȝ stōi. Or si cola est ībibita in subam ipsi⁹ stōi: tūc tremor īferioris labij ē magis fortis ⁊ manifestus: ⁊ apparēs. Et accidit ifirmo instātia vigiliarū: ⁊ cū excitat̄ a sōno mouet̄ cuȝ timore ⁊ ꝑturbatiōe: ⁊ appetit⁹ comedēdi ī eo fortis existit: sed cū modica quātitate cibi remouet̄ appetit⁹ ille: pp nām cole: ⁊ digestio tarde efficit̄: ⁊ pulsus ei⁹ est dur⁹: ⁊ accidūt ifirmo angustie iterdū: q̄s ipse idē ignorat. vn̄. s. ꝓcedāt. Et cū videris ista: īcipe ī cura istius euacuare melāȝ: cognoscēdo q melā q̄ est in stō nō pōt eē dēsa neqȝ dura: pp ipsi⁹ acetositatē: qñ acetositas hȝ ipsaȝ dissoluere ⁊ eliq̄re sicut aqua qñ si sic nō esset nō posset moueri. Et credo q purgando melāȝ nō idigebis purgare colerā q̄ ē ībibita: qꝛ cito p se mouebit̄ ⁊ euacuabit̄: ⁊ ea q̄ habēt melāȝ purgare iā dixi in egritudine hac simplici. Et si forte melā fuerit ibibita: ⁊ alius hūor fuerit in ɔcauitate: hoc accidit raro ⁊ ī minori pte. Et vere dico q mihi ipole eē vr̄: ⁊ hoc iō qꝛ mēbra ipsaȝ abhorrēt sui nā: ⁊ cū ꝓꝑetatē hēat desiccādi qñ est ī ɔcauitate: pp sui pōderositatē nō recipit̄ a poris corporis ipsi⁹ stōi: ⁊ nō pōt int⁹ penetrare donec v̄t⁹ expulsiua stōi fortis fuerit. Si aūt v̄tus expulsiua mēbri debilis fuerit: ⁊ v̄tus ɔseruatiua ipsi⁹ defecerit in ɔseruādo ⁊ ī expellēdo: tūc hūor ibi putrescit pp defectū ɔseruatiue: tūc ide febris efficit̄: ⁊ qñ hec egritudo cuȝ febre efficit̄: hucusqȝ nō suȝ rememoratus: sȝ qñ de febrib⁹ determinabo ibi tūc determinabo de hac egritudine q̄ fit cū febre. Sciendo q queādmodū hec passio accidit ꝓpter humores q eueniūt in stomacho: ita accidere pōt ex mala ɔplexione simplici vel cōposita que generat̄ ibidē.

¶ Cap. VI. Quod est de motu stomachi qui dicit̄ in arabico folab: latine vero singultus.



Scias q singult⁹ pōt accidere pp fortē caliditatē igneā: aut ab itēsa friditate: aut pp nimiaȝ siccitatē: sȝ ipole ē q possit accidere ab humiditate sola: ēt si f̄la ligdū ī stō abūdauerit: nō eni orit̄ ide singult⁹: sȝ accidit ei volūtas vomēdi: sic dixi qñ f̄la in stō supabūdat. Et scias q ꝓ maiori pte singlt⁹ accidit pp malā ɔplonē simplr calidā: aut a ɔplone mala calida ⁊ sicca: vl a mala ɔplone calida ⁊ humida: nō q hūiditas aliqd ad hoc faciat. Curat̄ qdeȝ singultus q accidit a sola caliditate ignea cū aq̄ frigida sola Or si corpus patiētꝭ fuerit extenuatū: ⁊ v̄tus erit debilis. misce cuȝ aq̄ aliqd mellis: vel de syrupo ligricie ꝓut tibi meli⁹ videbit̄ ɔuenire ꝑ nāȝ patiētꝭ. Et caue ne des mel nisi ꝑfecte fuerit dispūatū: qꝛ stōȝ potēter posset debilitare. Sciēdo q çuccarū ē magis ɔueniēs q̄ȝ mel. Et da ifirmo ad comedēdū de pulpa citruloꝝ ⁊ cucumerū: seu āguriarū: qꝛ cū istis ꝑficies itētionē tuā ī remouēdo caliditatē: ⁊ nō diu ꝑmanēt ī corpe: imo exeunt p vrinā ⁊ sudorē trahēdo inde colerā: ⁊ comedat ēt lactucas decoctas p se aut cū carnib⁹. Et q̄uis lactuce in corpe hēant ꝑmanere: humor tn̄ q ex ipsis gn̄at̄ nō ē malus: cū sit subtilis ad modū aq̄: ⁊ p tāto nō facit vētositatē sicut faciūt poma: cucurbita aūt q̄uis ifrigidet ⁊ ide nobis ī hoc videat̄ satisfacere. tn̄ qꝛ ex ipsa hūores grossi gn̄ant̄ q sūt tardi mot⁹: non sum⁹ securi qn in fine faciāt nocumētū: maxīe si comedātur anteq̄ȝ decoquant̄: ī tn̄ q ad vltimā dissolutionē deueniāt. Si v̄o singult⁹ fuerit ex cā frigida: da infirmo ad bibēdū syrupū de mastice cū aq̄ ifusiōis ligritie: ⁊ inūge stōm cū oleo de ben: in q̄ positū sit aliqd de gallis: ⁊ si non īueniret̄ illud: fac iunctionē cuȝ oleo de alscary. Or si singult⁹ ꝓuenerit a siccitate sola q̄ fortꝭ ī stō fuerit: h̄ nō accidit nisi post ɔsūptionē hūiditatꝭ radicalꝭ q̄ ē ī corpe ī gradu scdo. Quare oleū amigdalaꝝ dulciū ī h̄ casu mltū valet cū adiutorio dei. Et bibat sirupuȝ ligritie rōnabilr factū. Et ponere manū delicatā sup stōm tenēdo cā tn̄ donec ꝑcipiat calorē itus ī corpe stōi penetrare ɔfert valde. Et cib⁹ ei⁹ sint testiculi galloꝝ ɔcocti ī tassea cū oleo amigdalaꝝ dulciū. Et si ifirm⁹ aliq̄tulū fortior fuerit dabis ei extremitates alaꝝ p̄paratas ī tassea cū medulla pāis bn̄ fermētati. ⁊ auis q̄ dr̄ alscamā: ⁊ ē auis pua ⁊ alba ⁊ assilatur azacir. i. stornello si ɔpetēter decoq̄t̄ ɔfert ī h̄ casu. Et galline ēt tenere ɔcocte cū lacte silr ɔferūt. Et bibere aliquātulū lactis capre iuuenis tepidū sic exit ab vbere multū valȝ. morādo tn̄ tm̄ a receptōe alteri⁹ cibi donec lac fuerit digestū: ⁊ bibat aquā ifusiōis ligritie mundate. ⁊ pōt ēt bibere aquā ifusiōis vue passe: q̄ nō mltū steterit in ea: ita vt modicū: vl q̄si nihil mutet colorē: ⁊ bibere silr aquā ordei tepidā ɔfert: dūmō cū siccitate stōi nō fuerit friditas. Et balneū tine aq̄ dulcis cōmēdo ī hac egritudie: tn̄ itrare stuphaȝ: seu siccū balneū mīme laudo. Et dȝ ifirmus se elōgare a cogitatōib⁹ sup̄fluis: ⁊ a vigilijs silr sup̄fluis toto posse. Et scias q orit̄ ēt singult⁹ aliqñ a spasmo q fit in stō ipō pp subitā īanitōeȝ: ⁊ itēsā q̄ fit in stō: ⁊ ide spasmat̄. Et pōt ēt singult⁹ euenire a timore nimio q accidit alicui pp terrorē sup̄flnū alic⁹ magni viri: vn̄ hūores oēs redeūt ad ptes cordis. ⁊ ianitur stōac⁹ ⁊ alia mēbra a calā subā: et ide ꝓuenit singult⁹ pp friditatē q̄ stō subsequtur cā p̄dcā: ⁊ maxīe si ɔplo stōi patiētis frida fuerit nālr: aut ifrigidat⁹ fuerit accn̄talr. ⁊ hac de cā qñ aliqs subito terresit: vl tremescit: accidit ei singult⁹: qñ stōac⁹ a calore nāli ⁊ spū inanit̄: ⁊ ide ifrigidat̄. Et mihi ēt vr̄ q qñ alicui aliqd magni terroris seu tremoris accidit: euenit inde in suba cerebri spasm⁹. ⁊ orit̄ ī illo pāniculo q diuidit cerebruȝ in duo media mot⁹ iordīat⁹: ita q nō mouet̄ suo motu nāli: eo q iūgit̄ ps cogitatiua pti ɔseruatiue seu memoriali: ⁊ ide ī eis accidit mot⁹ iordinat⁹: ⁊ ꝓuenit ex illo singult⁹ pp colligātiā cerebri ad stōm: ⁊ ēt vomit⁹. Et he cāe a me rememorate sunt q̄ magis v̄itati vicine eē vident̄: qñ scire has res certissime nō ē necessariū in arte medicīe. Sȝ scia nālis ⁊ diuina habȝ haꝝ reꝝ certitudinē ⁊ veritatē subtiliter indagare: ⁊ ꝓpter h̄ ego nō assero has res esse veras certissime ⁊ oīo: qñ ipossibile ē eas sic scire. ⁊ sol⁹ de⁹ qui eas creauit ⁊ fecit eas veraciter nouit ⁊ cognoscit. Sȝ ego nomino h̄ accidentia vt veniā ad remotionē cause. Cura aūt ē postq̄ȝ fuerit singult⁹: bibere sirupū pomoꝝ fcm̄ cū succo mēte: aut sirupū masticis. Et studeat comedere ea q̄ hn̄t ɔfortare mēbra p̄ncipalia ⁊ ɔfortātia spm aiālē: ⁊ odoret

poma aromatica:⁊ ābrā̄ ⁊ muscū: ⁊ sil'ia ſʒ tp̄s ī q̄ fuerit.
Cōsiderādo ēt ꝯplōnē ⁊ ꝯsuetudinē patiētis: dicēdo ei ea
q̄ habeāt ipsuʒ letificare ⁊ ꝯfortare: ⁊ dare ei speʒ firmaʒ
velocis ⁊ cite liberatiōis: ⁊ fac ei recitare ea q̄ faciūt dila/
tare cor: ⁊ risuʒ fortiter ꝓuocare: ita vt mēbra moueant̄
sil' cū aīa: ⁊ calor nālis ⁊ sp̄s dilatent̄ ad exteriora tali mō
vt vincāt ⁊ dominent̄ sup mēbra. Et cū dico aīa ītelligo
sp̄m aialē: qm̄ aīa nō scit̄ ab aliq̄ nisi a deo glorioso q eaʒ
fecit ⁊ creauit: ⁊ a me ⁊ ab illis q sapiētiores sūt me igno/
rat̄ qd ipsa sit: nisi q2 scit̄ ipsaʒ eē ex effectib⁹ ⁊ v̄tutibus
ipsi⁹. Et fit qdē singult⁹ a vaporibus subītrātib⁹ in villis
stōi: ita ꝙ qn̄ hō sup̄flue comedit ꝯbit̄ stōac⁹ ⁊ coadunat̄
versus illā partē vbi vapor existit: ⁊ īde seq̄t̄ singult⁹. Sʒ
qn̄ ꝯbit̄ ⁊ coadunat̄ tot⁹ stomac⁹ nō fit singult⁹: sʒ ꝓuēit
īde vomit⁹. Cura aūt hui⁹ singult⁹ ē euacuare stōm: ⁊ po/
stea assuescere dʒ resolutiuis ⁊ calefacientib⁹ tēperate in
emplastris ⁊ electuarys: sicut sūt cortices citri ⁊ mastix: ⁊
hoꝝ silia. ¶ Et postq̄ꝫ sufficiēter hucusqꝫ de egritudib⁹
stomachi determiaui: nūc ad egritudines pectoris ītēdo
redire: eas ꝑtrāseūdo sufficiēter cū adiutorio altissimi.

¶ Tractat⁹. XVI. de egritudinibus pectoris ⁊ diafrag/
matis continens capitula septem.

¶ Cap. I. Qd̄ est de a͞pate pectoris ⁊ ꝓuatiōe anhelitus.



Ect⁹ qdē mēbrū ē hn̄s multos neruos:
⁊ caro ei⁹ ē dura ⁊ dēsa. Et q2 sic ē: idō ī eo
fit a͞pa ex hūore grosso valde: ⁊ fit etiā ī
pectore difficultas ⁊ ꝓuatio mot⁹ ipsi⁹
.s. qn̄ ī nucha orit̄ egritudo: vl' in neruo
q ꝓcedit a nucha ad pect⁹ a q̊ fit motus
ei⁹. Et cū hoc ēt qn̄ fit egritudo h̄ rema
net hō viu⁹ donec studeat̄ ī cura ipsi⁹ ꝯpetēter. Et hāc cu
rā mēorat⁹ fui qn̄ determiaui de egritudinib⁹ neruoꝝ: ⁊
nūc scd̄o h̄ d̄ ipa volo d̄termiare. Incipias ḡ iungere ī po/
steriori ꝑte capit̄l. s. ī nucha cū puro balsamo. Et si nō iue/
nit̄ iunge cū oleo de carpobalsamo: vl' cū aliq̊ alio qd̄ ha/
beat subaʒ subtilē ⁊ calefactiuā: sic̄ ē oleū d̄ granis alçary
cū ol'o rosato: q̊rū ꝑtes sint eq̄les cū aureo vno optīe ābre
dissolute ī ipsis. Et si n̄ hēres ābrā: pone d̄ laudano purissi
mo ⁊ aromatico. tn̄ ābra lōge melior existit. ⁊ istd̄ ē meli⁹
ꝯsiliū a q̄ īcipe debem⁹. s. inūgere nuchā īcipiēdo a puppi
capit̄l descēdēdo vsqꝫ īferi⁹ ad cīgulū: qm̄ si curauer̄l fōtē
v̄tutis motiue curabit̄ egritudo oīno. Et aliqn̄ accidit vt
ꝓuet̄ anhelitus subito ꝑꝑ accn̄tia difficillima ⁊ pessima
q̄ veniūt ī nucha sup locū vbi orit̄ neru⁹ motiu⁹ q mouet
pect⁹: ⁊ qn̄ hoc accidit īfirm⁹ deficit ⁊ morit̄ suffocatus.

¶ Cap. II. Qd̄ ē de vlcerib⁹ ⁊ scissuris q̄ fiūt ī pectore.



T fit siqdē ī pectore vlceratio vel vlc⁹ ⁊ scis/
sura a causis extrīsecis. Et qn̄ h̄ accidit abs/
qꝫ scissura pāniculi ē vuln⁹ sic̄ sūt cetera vul
nera. Et ego memorabor de ipsis qn̄ de vul
nerib⁹ ꝑtractabo. si aūt dict⁹ pāniculus fue/
rit scissus: tūc patiēs nō poterit anhelare tādiu donec illa
scissura ꝑmanebit absqꝫ clausione. Sʒ si a medico clausa
fuerit: vel ab ipso īfirmo: aut ab aliq̊ alio: tunc subito sibi
tussis eueniet: ⁊ redibit ei anhelit⁹ quā diu vuln⁹ ꝑmāse/
rit clausuʒ: ⁊ poſ'e forsan erit vt liberet̄: ⁊ totū h̄ ꝑtinet ad
capl'm de vulnerib⁹: ⁊ ego tractabo de his qn̄ tractauero
de vulnerib⁹.

¶ Cap. III. Qd̄ ē d̄ scabusia. i. d̄ pleuresi.



T orit̄ siqdē ī pectore a͞pa ī ꝑte īteriori ipsi⁹
sub pāniculo ītrīseco: qd̄ arabice dr̄ scausca.
latīe pleuresis: ⁊ pōt fieri ex vno hūore vl' ex
plurib⁹. Et cura h⁹ ē flōmare īfirmū ex basi/
lica brachy oppositi: q̄ꝫuis qbusdā nouis me/
dicis nr̄i tp̄is videat̄ ꝙ sit minuēdus ex eadē ꝑte egritu/
dinis: inducēdo sup h̄ v̄ba logicalia ⁊ sophystica: qd̄ mihi
nullaten⁹ vr̄ eē rōnabile: neqꝫ veꝝ: īmo credo certissime,
ꝙ facere illd̄ oīno ē m[...] īfirmi: ⁊ fac īfirmū abstīere ab
oī spe carnis: ⁊ a pane frumēti. ⁊ p̄ oīb⁹ alys reb⁹ dʒ euita/
re carnes: ⁊ cib⁹ ei⁹ sint pultes furfurū: q̄ pultes sic debēt
p̄parari. recipiat̄ furfur ⁊ ponat̄ ī aq̄ dulci: ⁊ tādiu ibi di/
mittat̄ donec aq̄ mutet colorē multū: ⁊ postea colet̄ for/
titer exp̄mēdo: ⁊ decoquat̄ donec fiāt pultes subtiles val
de: ⁊ ꝓpina īfirmo ꝓut tibi videbit̄ expedire: qm̄ in p̄n°
ei⁹ egritudis sufficit satis iste cib⁹: ⁊ inūge locū patiētis ī
p̄n° cū ol'o rosaceo: ⁊ post 3^m diē inūgat̄ cū ol'o anetio ⁊ ol'o
rosaceo q̄rū ꝑtes sint eq̄les. Et si videris ꝙ tussis nō affu
erit: sʒ recesserit. ⁊ dolor sil'r n̄ remāsit ī loco: ⁊ febris geue
rit: vel fcā fuerit lēta: tc̄ muta īfirmū ad comedēdū chist
ordei decoctū simpl'r cū aq̄ dl'ci. ⁊ h̄ ad min⁹. 4. dieb⁹. Et
postea muta ip̄m ad comedēdū micā pāis decoctā ī aq̄: ⁊
h̄ ad min⁹ vsqꝫ ad octo dies: ⁊ postea cibet̄ pāe bn̄ fermē
tato madefcō ī iure scicle: ⁊ cuiusdā herbe q̄ dr̄ arabice ar
mol: ⁊ sūt atriplices: ⁊ ē nec̄e vt oīno abstīeat a pullo vsqꝫ
ad q̄dragesimū diē a p̄n° egritudis. ⁊ istd̄ ē ꝯsiliū ꝯueniēs
atqꝫ ꝑfectissimū. Et ab īde ī antea cibet̄ pullo. ⁊ paulatine
dōec ꝑduces eū ad suā ꝯpl'onē nālē. Sʒ si nō fueris ad in/
firmū nisi post gn̄atōʒ saniei ī ipso a͞pate: oꝑare queādmo
dū dixi ī sanie pulmōis: cog̊scēdo ꝙ mollities seu lenitas
⁊ albedo saniei ē signū laudabile ī pleuresi: viriditas āt ⁊
q̄ ad nigredinē ꝑtinʒ cū diuersitate ꝑtiū ipsi⁹ sputi ⁊ saniei
est signū malū ⁊ illaudabile. Et si post reiectōeʒ saniei san
guinē ꝑ os emiserit: scias ꝙ tc̄ īfirm⁹ ī breui moriet̄. Et q2
has cās sufficiēter d̄termiaui ī egritudib⁹ pl'mōis: idō ipas
h̄ ponere p̄termitto. attēde tn̄ ꝙ si ī aliq̊ dieꝝ creticoꝝ sa
niē spuerit albā ⁊ ꝯiūctā sic̄ ī die q̄rto (q̄ꝫuis istud ī mīori
ꝑte fiat) est laudabile signū: q2 fortitudinē v̄tutis hʒ signi
ficare: vel si fuerit ī qnto: vl' ī septio: seu nono: aut vndeci/
mo: vl' ī q̄rtodecio: aut d̄cimoseptio vl' vicesimo: ī oīb⁹ ist̄l
ē signū bonū. ⁊ q̄nto in mīori spacio tp̄is dcā sanies lauda
bil' ī colore ⁊ suba ī dieb⁹ creticis appuerit: tāto egritudo
erit breuior ⁊ salubris: ⁊ q̄ꝫto tp̄s fuerit ꝓlixi⁹: tāto pl's si/
gnificat sup debilitatē v̄tut̄l: cog̊scēdo tn̄ ꝙ qn̄cūqꝫ sanies
laudabil' apparuerit ī dieb⁹ creticis nō ē sup̄flua d̄bilitas
v̄tutis: īmo sp̄ sperare d̄bes d̄ salute īfirmi. Sʒ si dcā sani/
es fiat illaudabil' ī colore ⁊ suba: aut fuerit diuersoꝝ colo
rū ⁊ sube: nō solū significat sup d̄bilitatē v̄tut̄l īfirmi: veꝝ
ēt sup malitiā hūoris vn̄ ꝓcreat̄ siue orit̄ ipsa sanies: sciē
do certissime ꝙ tp̄s ⁊ etas adiuuāt ī lōgitudine ⁊ breuita
te egritudis: videlʒ ꝙ si tp̄s fuerit tꝑatū: vl' cal'ʒ: erit digō
breuior. i. velocior. Et si tp̄s fuerit fridū cū siccitate ꝓlon
gabit̄ digō. ⁊ sic ī estate abbreuiabit̄ egritudo: ī hieme āt
ꝓlōgat̄. Et si fuerit patiēs iuuēis. sil'r digō erit velocior: ⁊
si fuerit senex: fiet tardior. Et si d̄crepit⁹: īpoſ'e ē ꝙ habeat
digōnē ꝑfectā. ⁊ in puericia sil'r fit tardior q̄ꝫ in iuuētute.
Sciēdo certissime ꝙ q̄ꝫto īfirm⁹ fuerit fortioris nāe: tāto
magis ei⁹ digō accelerat̄ ⁊ ecōtrario. Et visis atqꝫ cogni/
tis signis laudabilib⁹ suprascriptis. sit tūc regimē patien/
tis cū pultib⁹ p̄dictis. Excepto ꝙ nō subtiliet̄ regimē ī vl/
tīa subtiliatōe. Et da ei ad bibēdū hāc d̄coctōʒ. ℞. alchar
scaina ⁊ ē panichald. i. spēs yringoꝝ: ⁊ focha. ⁊ camomille.
⁊ ligritie. ⁊ algessteh. i. eupatory. ⁊ capilli veneris. ana. ꝑ/
tes eq̄les: ⁊ decoq̄nt̄ vsqꝫ ad ꝯsumptiōeʒ medietatis ꝑtis
aq̄: vt v̄tus eaꝝ optime extrahat̄: ⁊ da ei ad bibēdum hāc
decoctōeʒ cū sirupo scariole: ⁊ in oī potu suo fac vt sit lig/
ritia. Sciēdo ꝙ lac amigdalaꝝ ī h̄ casu multū ꝯfert: eo ꝙ
facit leuiter spuere. ⁊ adiuuat ad digerēdū reliqas egritu
dis: ⁊ remouet mordicatōeʒ. ⁊ ꝓuocat sōnuʒ. Et ēt postq̄ꝫ
facta fuerit mūdificatio vulneris apostematis: non nocet
istud regimē exercere: q̄ꝫuis febris recesserit: ⁊ tussis: ⁊
dolor sil'r nō affuerit: nō d̄cipiar̄l qn ēt h̄ mō exerceas re/
gimē: sicut dixi: qm̄ veraciter credo ꝙ h̄ accidens nō pōt
ꝑfecte remoueri ī mīori spacio q̄ꝫ. xl. dieb⁹. Et ꝑ tāto non

ē regēdus regīe sani añ istud tp̄s postea nō cibet̄ nisi ex tremitatib⁹ pulloꝝ decoctoꝝ in taffea cū modico panis bñ fermētati: ⁊ h̄ p plib⁹ dieb⁹. deīde paulatine ad regimē sa noꝝ ē pducēdus.

Cap. IIII. Qđ ē de apāte lateris.

Toriť qñq; apa in pectore. s. in carne q̄ ē in ter vnā costā ⁊ aliā: q̄ gde3 egritudo arabice dicit̄ datalgenebr. i. egritudo lateris. Et cura ipsi⁹ ē flōmare infirmū ī pn⁹ egritudinis ex latere opposito apatis. ⁊ regimē quidē cibi ⁊ potus ipsi⁹: ⁊ cura eius sit queadmodū pdixi in pleuresi: operādo illō regimē donec fuerit liberat⁹. Et dr̄ia q̄ ē in ter pleuresi3 ⁊ hāc egritudinē est: q2 dolor q fit in pleure si ē dolor extēsiu⁹: ⁊ acut⁹: ⁊ pulsus ei⁹ ē durus: ⁊ serinus: ⁊ febris in pleuresi ē itensior valde q̄3 ī ista: ⁊ maioris picu li: ⁊ quāto apa fuerit vicini⁹ cordi: tāto erit maioris picu li. ⁊ ē maioris sensibilitatis. ⁊ q̄uis caro sit multe sensibi litatis: ⁊ fortis: ⁊ spāl'r qñ in ea fit apa: nō tñ est eqparāda sensibilitati q̄ fit in pleuresi: eo q̄ locus ille ē circūdat⁹ os sib⁹ duris ⁊ villis: seu paniculis. Quare cū ibi fit apa: ēt q̄ sit paruū ē magne āgustie: ⁊ ingētudīs cū dolore graui ⁊ istud apa lateris. s. qđ fit ī carne q̄ ē īter costas p maiori pte ē puū. ⁊ nisi fuerit error in cura ex pte medici vl' ipsi⁹ īfirmi: liberabit̄ infirm⁹ oīno deo dāte. Incipe ḡ in cura isti⁹ a pn⁹ egritudīs: queadmodū supi⁹ dixi ī pleuresi. s. in flōmia: ⁊ cibis: ⁊ medicis: exercēdo oīa ordinate q̄tū po tes. Et iā vidi senē patrē meū bone memorie: cui ds mise reat̄: q curauit vnā mulierē ex hac egritudie: ⁊ ī geniatus fuit exhere hūorē ad ptes exteriores: ita q̄ manifestū fu it apa exteri⁹ cū tumore: ⁊ aptū fuit exteri⁹: ⁊ inde curata fuit cura pfecta. S3 ego nunq̄ pueni ad hoc opus tā pfe ctū ⁊ miraculosu3: nec adhuc sū: nec pueni ad illū gradū. S3 si pcesseris in hac cura: sic dixi in pleuresi: credo pro certo q̄ liberabis īfirmū ante q̄3 apa deueniat ad saniem nutu dei. Et subtilia regimen tā in cibo q̄3 in potu: queād modū dixi in egritudine pulmonis. Et si sanies inceperit appere iunge locū cū oleo rosacco aromatico ⁊ anetino: q̄rū ptes sint eq̄les: ⁊ sic opaberis donec fuerit liberat⁹.

Cap. V. Qđ est de scissura venarū pectoris.

T fit qdē aliqñ ī pectore vlceratio ⁊ scissura sicut ī alijs mēbris accidere ɔsueuit: ⁊ de his tractabo qñ de vlcerib⁹ alioꝝ mēbroꝝ dter minabo. ⁊ fit ēt in pectore īterdū scissura ve narū: vel alicui⁹ vene. Qđ si scissura dicta fu erit in arteria erit piculosu3 valde pp multā exuberātiā sanguis: q ide emanat: ⁊ iste sanguis in medio facit cade re dubitatiōe3 pp silitudinē q̄ ē īter istū ⁊ sanguinē q exit a pulmōe: q2 iste sāguis q exit ab arteria pectoris: ⁊ q exit a venis pulmōis ābo sūt rubei clari ⁊ subtiles. Et signū di stinctiuū ē. q̄ qñ ē a scissura arterie alicui⁹ q̄ ē in pectore. īfirm⁹ sentit pūctionē ⁊ dolorē ī directo illi⁹ ptis: ⁊ q exit a pulmōe oīno ē absq; dolore. Et scias q̄ nā hui⁹ egritudi nis exigit multū minutionē: fuatis tñ ɔditiōib⁹ minutio nis: nō tradēdo obliuiōi dispōnē: ⁊ etatē patientis: ⁊ nām ipsi⁹: ⁊ alia: ⁊ da ei ad bibēdū syrupū īfrigidatū factū cu3 decoctiōe sumach in aq̄ rosacea añ. ptes eq̄les: ⁊ sit syru pus ex syrupis stipticis sicut syrup⁹ fact⁹ de çuccaro. S3 syrup⁹ de mirtella nō ē dādus in hoc casu: q2 pp sui grossi cie3 ⁊ dēsitatē vt̄ ei⁹ nō pōt ad saniē egritudis deriuare: ⁊ maxie q fact⁹ ē de folijs ⁊ stipitib⁹. Qui aūt fact⁹ est de extremitatib⁹ ⁊ cimis ipsarū: bñ pōt dari. Qz si tp̄s ⁊ etas ɔueniūt in h̄: ⁊ vt̄⁹ ⁊ ɔplo nō obuiauerit. pone cu3 syrupo aliqd cāfore: qñ erit maximi iuuamēti: ⁊ liga coxas forti ter strigēdo cū īstitis subtilib⁹: ⁊ fac odorare īfirmū rosas ⁊ sandalos cū aq̄ rosacea ⁊ modico cāfore. Qz si nō bene dormierit fac ip3 odorare violas ⁊ nenufar: ⁊ da ei modi cū terre sigillate cū syrupo: aut cū aq̄ rosacea: ⁊ cib⁹ ei⁹ sit pullus pu⁹ īfrigidat⁹ in puteo: cū pane sil'r ī puteo īfrida to. Et syrupi oēs supradicti: ⁊ oēs pot⁹ sint tal'r īfrigidati. ⁊ fac vt custodiat se īfirm⁹ a labore nimio: ⁊ a vociferatio ne supflua. ⁊ pōt̄ erit q̄ liberet̄ isto regīe: tñ talis ɔsolida tio fit difficulter: q2 ē ī arteria. ⁊ si ɔsolidatū fuerit h̄ vul nus isto regīe: dign⁹ eris laude ⁊ gr̄a. Qz si dictū vuln⁹ fue rit ī vena nō pulsatili: cura ei⁹ erit facilis: ⁊ sufficiet tibi sa tis cura pscripta. q̄ si ɔstrict⁹ fuerit sāguis: ⁊ ex loco ipsi⁹ vulner' sanies emanauerit: nō despes saniē curare: tñ sis cert⁹ q̄ ipō'e ē q̄ ad plenū curet̄: si p lōgitudinē tp̄is non mūdificabit̄ sanies ad vlcus pulmōis deueniet: ⁊ fiet pti sicus. Cogscēdo tñ q̄ ex sola aptura vene pectoris nō mo riet̄ īfirm⁹: s3 alia accñtia mala ⁊ pessima pñt ide supue nire: vñ morit̄. S3 si ī pectore apit̄ vl' scindit̄ arteria ma gna ex arterijs pectoris: ex supfluo fluxu sāguis ⁊ ipetuo so ī breui īfirm⁹ ad mortē pt̄ deuenire. Qz si ɔstrict⁹ fue rit sāguis añ supfluū exitū ipsi⁹: esto cert⁹ q̄ nō ide īfirm⁹ patiet̄ lesionē: nec ad malū finē illa de cā d3 deuenire.

Cap. VI. Qđ est de apātib⁹ que fiūt in pāniculo qđ di uidit pectus in longitudine in duo.

T fit sigdē aliqñ ī h̄ paniculo apa: qđ p maio ri pte ē ex hūore q ptinet ad subtilitatē: ⁊ est ex apātib⁹ calidis. Et seqt̄ ex h̄ apāte tussis ɔtinua successiua: ⁊ dolor extēsiu⁹ ī lōgitudi ne: ⁊ pturbatio anhelit⁹: ⁊ febris acuta: ⁊ pulsus serin⁹: pp nā3 apātis: qđ ē in tali mēbro neruoso ⁊ pāniculoso: ⁊ ē di uersus pp nobilitatē mēbri: ⁊ vicinitatē ipsi⁹ ad cor. ⁊ sen tit īfirm⁹ īflāmationē: cū valida siti atq; forti: ⁊ ex īspira tiōe frigidi aeris magis mitigat̄ sitis: q̄3 ex potu aq̄ fride: ⁊ anhelit⁹ ei⁹ est paru⁹ ⁊ freq̄ues. vñ in hui⁹ curatiōe: flo mia ē necaria valde ī pncipio. Et nō determio in hac egri tudie ex q̄ pte fieri debeat: q2 ex q̄cūq; pte fiat ɔfert val de: dūmō fiat ex basilica: minuēdo de sāguie f3 dispōne3 īfirmi quā iuenis: ɔsiderat' tñ ɔditōib⁹. s. etat': ɔplonis: re giōis: ɔsuetudis: ⁊ tp̄is: ⁊ minue de eo pl's vl' min⁹ f3 debi litatē ⁊ fortitudinē patiētis: ⁊ fac īfirmū abstinere a cibis grossis: leniēdo ei⁹ ītestina. Jā feci te scire supi⁹ q̄ dr̄ia est īter lenitiuū ⁊ laxatiuū. Et postq̄3 lenieris ītestina: purga eū: put tibi videbit̄ ɔuenire: f3m acuitatē: ⁊ nā3 humoris peccātis. Et put mihi videt̄ apa h̄ nō accidit nisi ex cole ra subtili: ⁊ purga cū cū sero capño coagulato cū lacte fici. ⁊ pone in sero dicto de reubarbaro ⁊ de mirabolanis citri nis: ⁊ violaꝝ: ⁊ ligritie: ⁊ nenufaris: ⁊ modicū ex mirabola nis indis: q2 forsan aliqd de hūore est adusto: ⁊ pone ēt in isto laxatiuo aliqd de scamōea cū his q̄ hñt suā malitiam frāgere ⁊ remouere: ⁊ ppe cū ɔfortātib⁹ stō3: sic acetosa ⁊ sticados.

Receptio vtilis valde in h̄ cāu. ℞. seri capni coagulati cū lacte fici. lib. i. ⁊ ī ipso īfunde ex mirabolanis citrinis ⁊ ligritie. viol'. nenufaris. añ. aur. v. idoꝝ. aur. iij. reubarbari recētis. aur. i. ⁊ ɔq̄ssent̄ optime: ⁊ pmaneāt sic in dicto sero p noctē vnā: ⁊ colent̄ optie exp̄mēdo: ⁊ adde huic colature syrupi masticis. ℥. s. ⁊ octauā ptē aurei vni⁹ de scamōea: ⁊ da īfirmo h̄ ad bibēdum: mollificato corpe pus cū medulla cassie fistule distēpata cū decoctōe scolo pēdrie sicce ⁊ cū sirupo rosaceo facto ex rosis recētib⁹. Qz si tp̄s fuerit siccū: da ei de sirupo violaceo: ⁊ cōcedat pruna añ cibū: s3 post cibū mime. Et da ei panē ablutū: ⁊ postea ī aq̄ īfusū dōec tumescat. Postea īfrigida eū ī puteo: ⁊ pota eū aq̄ ī puteo īfridata: ⁊ h̄ facias dōec qeuerit tussis: ⁊ fe bris fuerit mitigata: ⁊ dolor sil'r mitigat⁹: ⁊ ñ dimittat̄ istō regimē: dōec dolor ⁊ febris ⁊ tussis cessauerit: demū da ei aquā ordei rōnabil'r factā ad bibēdū. Sciēdo q̄ moder ni medici multū sūt lōginqui ab opiōne Gal'. in faciendo aquā ordei: eo q̄ ipsi frāgūt ipsū pistādo ante q̄3 buliat: ad faciēdū istā aquā: ⁊ isti errāt a via vitatis: eo q̄ in vnoq̄3 seie inq̄tu3 ē semē ē vita nālis: ante q̄3 accidat ei aliqd q̄

destruat ipsuz. Et si posueris ordeū ī aq̄ frigida: velociter attrahit ad se aquā: ⁊ apiunt̄ pori ipsius: ⁊ q̄n sic ponit̄ ad ignē iā apti sūt pori ipsi⁹: ⁊ ei⁹ ptes dilatate: ⁊ ignis facit ī vys aptiōes: ita q̄ nulla opilatio remanet ī eo. Si aūt ordeū fractū fuerit sil'e ē mortuo: vel īfirmo: ⁊ q̄ assil'at infirmo: p3 q̄ ptes ei⁹ cū fuerit fractū: non dilatant̄: nec attrahit ī se aquā sua v̄tute: quā de⁹ bn̄dict⁹ p̄stitit sibi ⁊ donauit: q̄ si dixerim⁹ ipsuz eē mortuū: tūc ab ipso penitus nulla fit attractio. O q̄z bn̄ dixit Gal'. de ordeo sic̄ scis: q̄ si decoquat̄ cū cortice ē maioris abstersiōis: q̄ mihi v̄r q̄ sic d̄beat fieri aq̄ ordei. Accipe debes ordeū integrū ⁊ mūdū ab oī mixtura oīu3 aliaꝝ reꝝ: ⁊ pone eū ī aq̄ dulci frigida: ita q̄ ī vnoq̄3 pōdere ipsi⁹ ordei sint duo pōdera aq̄: ⁊ sic p̄maneat in molio p̄ vnā v̄l p̄ duas horas: ⁊ postea pone ad ignē ⁊ bulliat tādiu donec aq̄ fiat rubea: ⁊ depositū ab igne colet̄: ⁊ postea ponat̄ ista colatura in puteo donec īfrigidet̄ īfrigidatiōe vltīa: ⁊ sic eā dabis ad bibēdū. ⁊ rege īfirmū isto regimīe: vel sīli plurib⁹ dieb⁹: ⁊ postea muta īfirmū ad bibēdū pultes ordei p̄paratos cū aq̄ dulci ⁊ mūda: absq̄3 eo q̄ sentiat aliq̄d de calore ignis. Et postq̄z oīa accn̄tia fuerit ablata: ⁊ securus fueris oīno de egritudine: da ei paulatine ad comedēdū panē bn̄ fermētatū: nec ɔsenties ei comedere oua galliaꝝ decocta ī tassea cū pane fermētato. Nec facias eū redire ad regimē suū nāle: donec trāseāt. xl. dies a p̄n⁹ egritudīs. deīde gradatī3 ⁊ paulatine reducēs eū ad ɔsuetudinē nālē. Qd' si dcīm apa iā ad saniē deuenerit: eo q̄ a p̄n⁹ nō fuisti ad īfirmū: v̄l q̄ hūoꝝ pp̄ sui subtilitatē de leui recipit passionē: v̄l q̄ v̄tus fuerit fortis: ita q̄ cito potuerit saniē gn̄are: aut pp̄ vicinitatē duoꝝ fontiū caliditatis. s. cordis ⁊ epatis: q̄m q̄libet istaꝝ cāꝝ est cā velocis gn̄atiōis saniei in apate: sicut accidit mihi cū essē3 iuuenis: q̄m passus fui laborē maximuz a p̄pings: ⁊ ab illis q̄ erāt de cognatiōe hali pp̄ q̄ddā verbū dictū a p̄re meo cū eē3 iuuenis: q̄ voluit vlcisci de me modis q̄bus potuit: ⁊ ob h̄ sustinui laborē ⁊ āgustiā maximā de eo q̄d nō ɔsueuerā agere vel pati: q̄ neċe fuit mihi ire pedes q̄uis illud nunq̄z p̄bauissē: ⁊ cū posui me ad decubitū p̄cepi dolorē ī pāniculo p̄dicto: ⁊ tūc tussis ⁊ dolor īceperūt īualescere valde: ⁊ inueni pulsuz meū valde durū: ⁊ febrē patiebar acutā ⁊ egritudinē. Quare misi in q̄rta nocte p̄ flōmatore: ⁊ feci exhi de sanguīe circa quātitatē libre vnius: ⁊ p̄māsi sic. s. cū febre valida: ⁊ tussi forti: ⁊ dolore per totā noctē. Mane v̄o de neċitate oportuit me ire: ⁊ eq̄tare cū āgustia: ⁊ cogitatiōe: ⁊ magno tīore ⁊ dolore. Et cū p̄ueni ad locū vbi erat dict⁹ hali: ex dolore ⁊ fatigatiōe: ⁊ vigilys q̄ passus fuerā: dormiui: ⁊ ī illo sōno dissoluta fuit ligatura flōmie: ⁊ īde sanguis mlt⁹ emanauit. Et cū excitat⁹ fui a sōno: remāsi cū maxīa debilitate v̄tutis: ⁊ īueni locū vbi iacebā repletū sanguine totū: ⁊ posito digito sup̄ flōmiā: vocaui ⁊ feci me ligari: ⁊ p̄māsi tal'r p̄ totā illā diē. s. cū illis accn̄tib⁹: s3 nō fuere augmentata. Sequēti v̄o die eieci saniē cū sputo q̄ erat boni coloris ⁊ subē: ⁊ demū audiui noua q̄ multiplicauerunt sup̄ me tristitias ⁊ dolores: ⁊ īde amisi sensu3 ⁊ ītellectū: ita q̄ nihil potui postea ītelligere: ⁊ p̄curare sup̄ negocys meis ⁊ remāsi sic q̄ nō potui meipsu3 regere: ⁊ nō comedebā aliq̄d nisi q̄ p̄pinabāt mihi de aq̄ p̄dicta: eo q̄ anteq̄z egritudo īualuisset: p̄ceperā ministris vt mihi semp̄ de illa aq̄ dare deberēt: ⁊ ego multū de ipsa bibebā pp̄ magnā siti3 quā3 habebā. Et trāsactis dieb⁹ septē īcepi sentire ⁊ cognoscere: ⁊ imaginabar q̄ m̄r mea fuiebat mihi ī hac egritudīe demū recordat⁹ fui q̄ erat mortua: ⁊ sic de oīb⁹ alys cepi ducere ad memoriā: ⁊ ad vltimū q̄siui q̄d factū fuerat d̄ p̄re meo: ⁊ mihi dictū fuit q̄ iuerat vltra mare: ⁊ īde creuit mihi āgustia atq̄3 dolor: ⁊ visu3 fuit mihi q̄ eē3 p̄foratus ī pectore: ⁊ sup̄uenit mihi dolor maxim⁹ ī capite ex illo tīore: ⁊ tīmui ne me occiderēt: ⁊ supplicaui astātib⁹ vt me occultarēt: ita q̄ nō sciret̄ de me aliq̄d nisi essē3 viu⁹. Et longo tp̄e post istā magnā afflictionē remote fuerunt iste p̄turbatiōes a me. S3 illud q̄d passus fui: fuit apa q̄ gn̄atū fuerat in pāniculo diuidēte pect⁹ ⁊ pulmonē ī duo media ⁊ ex illo apate ascēderūt vapores acuti ad cerebꝝ q̄re tū pp̄ varias cogitatiōes ⁊ frequētes q̄s habebā ex p̄dictis: tū pp̄ dictos vapores acutos ⁊ malignos: q̄ ferebātur circa cerebrū. ortū fuit mihi ī vno pāniculoꝝ cerebri apa calidū: ⁊ ex oīb⁹ istis n̄ remāsit q̄n facerē oīa neċia p̄dictis egritudib⁹: ⁊ demū īcepi expuere saniē: ⁊ nō solu3 ex apate pectoris: veꝝ ēt ex illa q̄ descēdebat a capite ad pect⁹: ⁊ postea cognoui causa3 meoꝝ accidētiū: ⁊ redy in sensu3 meū p̄fecte: ⁊ delectat⁹ fui in illis dieb⁹ cu3 fercul' p̄dictis ⁊ cibis: ⁊ cū ex toto fui alleuiat⁹ a sanie: īcepi assuescere aqua3 ordei: ⁊ postea redy ad pultes furfuris: ⁊ sic paulatine ɔuersus fui ad meā ɔsuetudinē nālē. Et q̄ hic scripsi de ista mea egritudīe: feci solūm̄o vt sit exēplū in oīb⁹ alys sīlib⁹. ¶ Et iā dictū ē sup̄i⁹ q̄ in hoc apate properat sanies velociter: ⁊ cū cognoueris q̄ ɔuersu3 sit ad saniē: fac de regimīe queādmodū dictū est supius. Et da ei ad bibendū oī die decoctionē yringoꝝ ⁊ liquiritie: q̄rū ptes sint eq̄les. Itē ista decoctio sil'r ɔfert. ℞. flaxiola p̄s .i. ⁊ decima vni⁹ p̄tis de yreos recipiat̄: ⁊ fiat decoctio: ⁊ p̄pinet̄ cū syrupo scariole: vel yringoꝝ: s̄m q̄ tibi videbit̄ ɔuenire. Et dico q̄ in egritudīe mea nō recordabar aliq̄d q̄ essem factur⁹: nec mecū habui aliq̄ē: q̄ sciret mihi ɔsulere: nec me regere: s3 in p̄ncipio docueram ipsos q̄liter me regere deberēt. S3 a volūtate diuīa p̄cessit illud q̄d non ītēdebā in me agere. s. de euacuatōe multa sanguīs: ⁊ illa fuit cā mee liberatōis: eo q̄ erā iuuenis: atq̄3 fortis.

¶ Cap. VII. Qd' est de passionibus diafragmatis.



Omplete sūt cū adiutorio dī rememoratōes de egritudib⁹ ⁊ accn̄tibus q̄ fiūt in pectore: ⁊ nūc ītēdo in h̄ loco rememoratōe3 facere de passiōib⁹ diafragmatis q̄d cortina d̄r. Scire itaq̄3 debes q̄ oīa q̄ dixi accidere de egritudīnib⁹ ⁊ accn̄tib⁹ ī passiōib⁹ pectoris accidere ⁊ cuenire sil'r p̄nt: ⁊ in h̄. s. mēbro. Tn̄ accn̄tia q̄ in isto emergūt sūt grauiora ⁊ piculosiora accn̄tib⁹ q̄ fiūt in pleuresi ⁊ ī apate lateris. Et h̄ accn̄tia sūt febris: ⁊ dolor pungitiu⁹. ⁊ tussis. Et dolor in ista passiōe extēdit̄ ad lat⁹ tarthoa q̄ sūt ossa pectoris sil'r ɔiūcta: quoꝝ loc⁹ ē supra ossa q̄ dn̄r carfuf: ⁊ sunt ossa pectoris q̄ nō sūt adiuicē ɔiūcta. Et esto cert⁹ q̄ apata q̄ fiūt in isto mēbro: lōge sūt grauiora ⁊ piculosiora a patib⁹ q̄ fiunt in alys mēbris ⁊ p̄tib⁹ pectoris: eo q̄ in h̄ apate fit ɔtinuo p̄turbatio mētis. ac si eēt ī pāniculo cerebri. Et cura hui⁹ est cura p̄dicta. s. cū flōmia: ⁊ mollificatōe v̄etris: ⁊ cū laxatiuo p̄scripto: ⁊ da ei syrupū d̄ panicald. s. yringoꝝ: ⁊ oīa ista fiāt cū regimīe iam dicto: ⁊ si placuerit deo g̃lioso q̄ resoluat̄ apa dictū: absq̄3 eo q̄ ɔueniat ad saniē: erit īfirmo p̄fect⁹ maxim⁹ ⁊ iuuamen. Qd' si ɔuenerit p̄dictū apa ad saniē: q̄uis illud fiat tardi⁹ ⁊ rari⁹: agere d̄bes queādmodū docui in alys. Et caueas tibi ne seq̄ris appetitū patiētis in cibis suis. ⁊ custodiat̄ ēt ne ministri ⁊ astātes moueāt eū: vel p̄mittāt facere īcōueniētia: q̄m modicus error ī ista egritudīe eē p̄ōt cā magni nocumēti ⁊ egritudinis. Et postq̄z cognoueris q̄ sit liberatus: reduc eū ad suū regimē ɔsuetū cibi ⁊ pot⁹ paulatiue nō largiēdo ei subito. ¶ Et nota q̄ in quocūq̄3 mēbro neruoso fuerit apa: pulsus in ipso erit serin⁹: ⁊ in oī apate orto ī aliquo mēbro pectoris: vel ī suis pāniculis: ⁊ in diafragmate: erit anhelitus paru⁹ ⁊ freq̄ns oīo: ⁊ maxime in apate pulmonis. Et hucusq̄3 iā locutus sū sufficiēter de mēbris sup̄iorib⁹: nūc aūt incipe ītēdo tractare de mēbris inferioribus.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit liber secũdus qui ꝯtinet tractatus septẽ: quorum tractatuũ ꝑmus est continens capitula sex.

¶ Cap. I. Quod est de egritudinibus intestinoꝝ gnãlibꝰ.



Jcit seruus regis: ꝙ in itestis fiũt aliqñ egritudines. s. apãta: q̃ gñant in vijs vel canalibꝰ, vñ cibaria habẽt ꝑtrãsire. Et h̃ in intestinis gracilibꝰ: vel in alijs: ⁊ dolor qui sequit̃ in istis ẽ continuus: ⁊ maxime si apostema fuerit ex colera: vel ex sanguine: ⁊ est possibile ꝙ hoc apostema sit absq̃ febre ⁊ siti. Qꝛ si ex apostemate facta sit opilatio canalis ex toto: dolor erit fortissimꝰ: ⁊ qꝛ nutrimẽtũ nõ poterit ide trãsire necesse est vt vomitu eyciat̃: q̃re morie̾t ĩfirmus subito. tũ ꝑpter intẽsum dolorẽ: tũ ꝑpter ꝓhibitionẽ trãsitꝰ nutrimẽti ꝑ intestina. Et si dictũ apostema fuerit ex flegmate: infirmus nõ sentiet ide magnũ dolorez: ⁊ possibile erit vt dissoluat̃ illud apã: ⁊ maxĩe si fuerit ex subtili flegmate. Qđ si fuerit ex flegmate grosso: assĩlabit̃ humori mlĩcõ. excepto ꝙ nõ ꝑcipies aliquã caliditatẽ: sicut ꝑcipit̃ in humore melico. Sꝫ melia q̃ ex colera adusta gñat̃: ẽ subtilioris sube oĩ modo oĩbꝰ alijs spẽbꝰ meliẽ: ⁊ leuioris: ⁊ velocioris motꝰ. Et illa q̃ fit ex flegmate grosso est tardioris motꝰ valde: ⁊ grossioris sube. Qđ si fuerit ex sanguĩe adusto: erit mediocris in subtilitate: grossicie: tarditate: ⁊ velocitate. Apa aũt qđ orit̃ ex melia est grossioris ⁊ dẽsioris sube valde apãtibꝰ alioꝝ humoꝝ: eo ꝙ melia est grossior alijs humoribꝰ. Et modus apãtis melici est: qꝛ illud apã ad magnã deuenit magnitudinẽ: ⁊ ẽ absq̃ forti dolore: ⁊ ille dolor similat̃ pũctiõi formicarũ. Cognoscendo firmiter ꝙ apã factũ ex melia nullatenꝰ põt recipe digõnẽ. Et scias ꝙ cũ dico flegmaticũ vel ex flegmate: colericuz vel ex colera: sanguineũ vel ex sanguine: melicũ vel ex melia nõ ĩtelligo vniformiter. Qm̃ cũ dico ex flegmate: ĩtelligo ꝙ ꝯplõ ipsiꝰ apãtis sit humida ⁊ frigida in potẽtia. Et cuz dico flegmaticũ: pole erit ꝙ sit humidũ in potẽtia: sꝫ non erit frigide ꝯplõnis: ꝑꝑ caliditatẽ acq̃sitã a putredine. Et silr̃ cũ dico ex colera: ĩtelligo illud qđ ẽ sube subtilis: ⁊ eiꝰ ꝯplõ ẽ calida ⁊ sicca. Sꝫ cũ dico colericũ: ĩtelligo ꝙ sit cõplõnis calide ⁊ sicce: ⁊ eiꝰ suba nõ erit subtilis: sicut qđ fit ex colã vitellina ⁊ suis silĩbꝰ. Et ita dico ꝙ cũ dico ex sanguine: ĩtelligo ꝙ sit ꝯplõnis calide ⁊ humide tẽꝑate: ꝓportionate ꝯplõni hoĩs. Et cũ dico sanguineũ: ĩtelligo humorez deriuatũ ad aliquã rubedinẽ absq̃ ꝑfecta ꝯuersione ipsiꝰ hũoris in sanguinẽ: aut ĩtelligo de sanguĩe nãli: q ꝑꝑ excessuz alicuiꝰ sup̃flue caliditatis ad aliquã decliat adustionẽ. Et eodẽ mõ ĩtelligẽdũ ẽ de melia. Qm̃ cũ dico ex melia: ĩtelligo hũorẽ frigide ⁊ sicce ꝯplõnis: q ẽ vnũ ex q̃ttuor elemẽtis vl̃ humoribꝰ corꝑis. Sꝫ cũ dico melicũ intelligo de quocũq̃ humore ꝯuerso ad melãcoliã: nõ ꝑ viam nãe laudabilis ⁊ ꝑfecte: sꝫ q deuiauit ab ordĩe nãli ex aliq̃ adustiõe: ⁊ h̃ humor ñ ẽ nãlis: nec ex elemẽtl corꝑis. Flegma aũt qđ est frigiduz ⁊ hu. aliqñ ex vlteriori digõne ꝯuertit̃ in sanguinẽ nãlẽ: q est vnũ ex elemẽtis corꝑis: qđ nullatenꝰ fieri põt ex alijs hũoribꝰ adustis: eo ꝙ cinis q ꝑ adustionẽ ẽ ĩcinerata: nõ põt ad tẽꝑiẽ reduci. Sic ⁊ humores q ꝑ excessuz digestõis ad adustionẽ deuenerũt: nõ pñt ad eq̃litatẽ ⁊ tẽꝑiẽ digõnis vllo mõ ꝯuerti: ⁊ qꝛ huc usq̃ deuiaui ab ĩtẽtione ꝓpa: nũc ad eã redire ĩtẽdo. Qꝛ si ĩfirmus senserit dolorẽ in p̃te illa q̃ ẽ sub stomacho: ita ꝙ ille dolor sit cõtinuus ⁊ ꝑseuerãs: ⁊ cũ h̃ febricitauerit cõtinue: scias qꝛ tũc erit apã in aliq̃ ĩtestinoꝝ. q̃re flõmia est necessaria: minuẽdo de quãtitate: ꝓut tibi videbit̃ expedire. ꝯsideratis tñ ꝯditiõibꝰ supradictis. s. v̾tute: etate: tp̃e: ꝯsuetudĩe: regiõe: ⁊ da ei ad bibẽdũ electuariũ qđ sit resolutiuũ ⁊ mitigatiuũ: sicut ẽ electuariũ factuz ex flore camomille ⁊ rosis recẽtibꝰ: ⁊ flagia q̃ru partes sint eq̃les croci: ⁊ sem̃ lini ana decia ꝑs ꝑ̃dictoꝝ: pistent̃ q̃libet ꝑ se: ⁊ cribrent̃: ⁊ ꝯficiant̃ cũ syrupo de scariola. Dosis eius sit põdus triũ aureoꝝ cũ aq̃ ro. ĩ qua cocta sint panical: q̃ est spẽs yringoꝝ ⁊ masticis: tãdiu buliat donec mutet saporez: colorẽ ⁊ odorẽ: ⁊ abstineat ab oĩbꝰ cibis grossis: abstinẽdo silr̃ a carnibꝰ oĩno: ⁊ ponat sup̃ vẽtrẽ oleũ ro. aromatiçatũ tepidũ cũ magna q̃ntitate coti ĩtus madefacti desuper: ⁊ itera illud. s. cotũ calĩn madefactũ in dicto oleo pluries. Et sufficiẽt ei in cibo ꝓut mihi videt̃ in die duo oua. Et cũ dolor fuerit mitigatꝰ: ⁊ febris fuerit diminuta. vtere ẽt isto eodẽ regimĩe: donec oĩno accidẽtia sint ablata: sciẽdo iã ꝙ optimã curã adiuenisti: postea reduc eũ paulatine ad suã ꝯsuetudinẽ nãlẽ: vsq̃quo ꝑfecte fuerit liberatꝰ. Et scias ꝙ oĩa apãta quãto fuerit ꝓpiqora stõ: tanto sũt ꝑiculosiora. Et iteꝝ ista apãta pñt fieri in ĩtestinis magnis ⁊ in gracilibꝰ seu ꝑuis: ⁊ q̃ fiũt in gracilibꝰ sũt maioris ꝑiculi q̃ꝫ q̃ fiũt in magnis: ⁊ cura est cura ꝑ̃scripta.

¶ Cap. II. Qđ ẽ de debilitate v̾tutl expulsiue ĩtestinoꝝ.



mulierū tpatū: sʒ velociter eyciūt spma. Et postq̄ꝫ icipiūt
spmatiçare appetitus est fortissimus: ⁊ spma ē grossuʒ val
de: ⁊ ꝓ maiori pte isti generāt masculos donec icipiunt se
nescere. Et qui hn̄t complonē calam ⁊ humidā sunt habē
tes appetitū fortissimū anteq̄ꝫ eyciūt spma: ⁊ nō eyciunt
illud tā velociter: sic̄ illi q hn̄t complonē calam ⁊ siccā. Et
spma ipsoꝝ est mediocre iter grossum ⁊ subtile: ⁊ ꝓ maio/
ri parte faciūt masculos: ⁊ si generāt feminas sunt viriles
in fortitudie: ⁊ i pot̄itate patiēdi laboꝛes: ⁊ totū ꝓcedit ꝭʒ
voluntatē diuinā: q̄ sciēs est oīuʒ secretoꝝ: sʒ teneoꝛ recoꝛ
dari de h̄ qđ dn̄t medici. Et ꝓ certo medici loquunt̄ vsq͡ʒ/
quo itellectus eoꝝ pōt attigere. Et abinde desistūt. Et di/
cunt silr̄ medici ꝙ habētes talē complonez. s. calam ⁊ hu
midā generāt multos filios: ⁊ generāt q̄si vsq͡ʒ ad finē se/
nectutis absq͡ʒ debilitate v̄tutis eoꝝ. Aristoteles v̄o dicit
ꝙ a septuagita annis supra nullus pōt masculū generare:
sʒ expimētū nobis certificat: ⁊ manifestat ꝙ nō sic est: qꝛ
multos vidimus octuagenarios ⁊ supra masculos gn̄asse
Et q̄ꝫuis sint pauci: ēt ex cētū ⁊ supra masculos gnāuerūt
Et laus sit ⁊ glia ipsi q h̄ fecit ⁊ disposuit. Et credunt quā
plures astrologi ꝙ natiuitas aliq̄ nō possit eē talis ꝙ trā/
seat centū. xx. ānos. Sʒ hec verba nō sunt concedenda: qꝛ
scimus certissime ꝙ spere ⁊ stelle: ⁊ mā ⁊ forma. tps ⁊ locꝰ
sunt res create ⁊ generate: q̄re nullū ꝓfectū vel nocumē/
tū possunt agere vel impm̄ere nisi p̄cepto ⁊ volūtate dīne
ꝓuidentie. Et volo dicere in hoc loco qđ mihi successit cū
essem in carceribus de haly. Uxoꝛ mea erat p̄gnans: ⁊ h̄
ignoꝛabaʒ: ⁊ ipsa ifirmata fuit tali passione ꝙ necesse fuit
mihi dare ei medicinā laxatiuā: q̄ fuit talis ꝙ nullus pos/
set estimare ꝙ aliq̄ pregnās ēt ex assumptiōe modice q̄ꝫti
tatis fetus in ea posset remanere: ⁊ ipa recepit eā absq͡ʒ le
sione sui ⁊ fetus. ⁊ postea declarata fuit ipꝛegnatio eius: ⁊
me penituit valde de erroꝛe quē fecerā: q̄re misericoꝛdiā
quesiui ab altissimo creatoꝛe de eodē. ⁊ pepit filiū mascu/
lū: quē hodie mecū habeo. O quā comēdanda sunt verba
Ha. cū dicit: ꝙ qui a scissura dure matris vel pie matris li
berat̄ deus illū suscitauit: hec aūt ꝯplones q̄ p̄scripte sunt
alie sunt a natiuitate. i. in vtero materno acq̄site: ⁊ alie sūt
que post natiuitatē acquirunt̄. Via aūt cōueniēs ad h̄ est
vt facias redire eū ad suā ꝯplonē nālez. ⁊ hoc cū medicis
oppositis: sʒ nō in eodē gradu sui exitus. v̄. g. Qꝛ si aliquis
elōgatus fuerit a sua ꝯplone nāli v̄sus calitatem in duo/
bus gradibus: nō debes ei dare medicinas fridas in duo/
bus gradibus: sed solum in p̄mo gradu: eo ꝙ continuādo
diu istud regimē: reduces eū ꝓ certo ad suaʒ complonez
nālez absq͡ʒ lesione ⁊ ifirmitate. Et si subito itenderis ad
reductionem sue qualitatis cū medicinis oīno oppositis:
poterit esse si erit fortis ꝙ sustinebit se ⁊ liberabitur. Sed
si fuerit debilis: aut ratione etatis vel nature dubitandū
est ꝙ ipsum ad mortem facias deuenire. Quare agenduʒ
est remissius ⁊ magis tēperate sicut dixi. Et totuʒ qđ dixi
mus hucusq͡ʒ intelligendū est si egritudo fuerit accidēta/
lis. Sed si egritudo fuerit naturalis: h̄ est in vtero mater
no acquisita: non euadet nisi vno istoꝝ duoꝝ modoꝝ. vʒ.
aut studeas euʒ taliter regere ꝙ facias euʒ permanere in
sua crasi ⁊ complone naturali: ⁊ sic poterit vocari sanꝰ in
illa complexione: aut vt reducas illuʒ paulatine ad oppo/
situʒ sue naturalis complexionis: ⁊ hoc non potest fieri ni
si in puero ⁊ in mīoꝛi parte. Si vero fuerit maioꝛis etatꝭ:
nullo mō ipa sua complo naturalis poterit permutari. Et
a pueritia etiā non potest transmutari: nisi cū magna diffi
cultate: ⁊ post lon gitudinē tempoꝛis cum multis expēsis:
⁊ diuersis conditionibus: ita vt nō facias ipsuʒ exire ⁊ elō
gari a suis debitis opationibus nālibus. Et iam hucusq͡ʒ
declaraui signa ꝓpꝛia cōplexionis hꝰ mēbꝛi vniuscuiusq͡ʒ
ꝯplonis gn̄alr̄. Nūc āt remanet mihi declarare alia signa
spālia: ⁊ sūt ista: ꝙ pili in pectine citiꝰ oꝛiunt̄ i ꝯplone cala
q̄ꝫ in frida: ⁊ adhuc citiꝰ: si fuerit calida ⁊ sicca: sʒ cū deue/
nerit ad senectutē nō crescūt tā velociter. ⁊ ēt i ꝯplone ca
lida ⁊ sicca sūt pili crispi ⁊ grossi ⁊ nigri. In frida v̄o nō oꝛi
unt̄ ita cito. ⁊ subtiles sūt: ⁊ nō ita duri: sʒ sūt blōdi: ⁊ ēt qn̄
fuerit. s. testiculi fride ⁊ sicce ꝯplonis. Cū aūt fuerit frida
⁊ humida ꝯplexio huiꝰ mēbꝛi: erūt pili albi: coloꝛis lini ⁊
subtiles: ⁊ cū crescunt tendūt aliq̄ꝫtulū ad nigredineʒ. Et
nō iuenies ex istis ꝯplonibus q sint debilioꝛes in coitu q̄ꝫ
qui sunt frigide ⁊ sicce ꝯplexionis: sed q sunt calide ⁊ sicce
ꝯplexionis velocissime erigunt̄ cū forti ⁊ acuto appetitu:
sʒ cito debilitant̄: ⁊ eoꝝ v̄tutes diminuunt̄.

¶ Caplm̄. II. Quod est de apostemate testiculoꝝ.



Et oꝛiunt̄ q̄dem in h̄ mēbꝛo apata quēadmo
duʒ in alijs mēbꝛis: ⁊ hec apata sunt malicio
sa. ⁊ falsa ex nā ꝓpꝛia sui mēbꝛi. Stude g̊ fle/
botomare patiētez ex basilica: si fuerit egri/
tudo ex abūdātia sanguis: ex opposita parte
egritudis. Et pone desup emplastrū ex farina oꝛdei factū
⁊ succo memite: ⁊ de panicald quoꝝ ptes sint equales: ca
momille anthere. an̄. partē mediā: que terēda sunt tere: ⁊
misce cū aceto ⁊ aq̄ ro. ⁊ fac emplʒ: ⁊ pone desup: ⁊ adhuc
supꝛapone folia fici. Et iunge locū p̄mo cū oleo ro. ⁊ succo
sempuiue ⁊ aceto: quoꝝ ptes sint eq̄les: h̄ emplastrū ⁊ in/
unctio ēt ꝓpꝛie valet. Si apa fuerit ex colera: aut si i ipso
colera dn̄atur: ⁊ si virtus fortis fuerit: purga eū cum his q̄
colerā educūt: sicut cuʒ sero capꝛino coagulato cum lacte
fici: ponēdo ex scamonea intus q̄rtaʒ partē aur. vniꝰ. ⁊ de
sirupo masticis. ℥. ij. non ponendo aliq̄d vnctuosum: qm̄ si
fieret ꝓuocaret̄ caloꝛ. Et q̄ꝫtitas aceti q̄ ponit̄ in istis apa
tibus colericis nō dʒ esse nisi tm̄ qđ possit ducere virtutes
medicinaꝝ ad locū: eo ꝙ acetū nō mitigat pfecte vbi cole
ra dn̄atur: sed mitigat pfecte vbi sanguis vel flegma abū
dare reperit̄. ⁊ istud nota. Si aūt apa fuerit flegmaticuʒ:
qđ pluribꝰ ⁊ diuersis modis eē reperit̄. s. qꝛ pōt eē ex fla/
te vitreo: ⁊ illud est grossuʒ: vel ex flate adusto: ⁊ illud est
salsuʒ: vl̄ pōt eē ex flate qđ nō est in vltia grossitie. Et pōt
esse ex flate acetoso: ⁊ illud fla qđ nō est in vltia grossitie
est nāle. Et pōt ēt esse illud apa aquosum: ⁊ cuʒ p̄mit̄ digi
to cedit. In istis itaq͡ʒ apatibꝰ flaticis vtere emplastro fa/
cto ex farina oꝛdei: ⁊ cinere lentisci: ⁊ misce cū aceto ⁊ aq̄.
an̄. partes eq̄les: ⁊ pone desup. Si aūt istud apa fuerit ex
flegmate grosso valde: fac emplastruʒ qđ diximus in apo
stemate sanguineo: sed adde de camomilla: ⁊ aceto in ma
ioꝛi q̄ꝫtitate satis. Si vero dictum apostema fueri melā/
colicum: ⁊ ad coloꝛem nigrū deuenerit: scias ꝙ istud apo/
stema nō poterit sic permanere: imo augmentabitur val/

de. Qz si volueris ipsum medicinare cū fortibus medici/nis fortificabitur egritudo: ⁊ augmētabitr̄ apostema. Sz sufficiet tibi euacuare corpus a melancolia. Et hoc cū barburia. i. cum polipodio ⁊ lapide laçuli: ⁊ epitho. añ. partes equales: ⁊ adde ad rectificandū eoꝝ malitiā: ⁊ suā siccitatē remouendā: flores nenufaris: ⁊ violas añ. partem. s. ellebori nigri quartā partē vnius: pistenť quelibet per se. ⁊ cribellentur. Et frica dictas medicinas cum aur̄. i. olei amigdalaruz dulciū: ⁊ icorpora cū syrupo sçnçibin. Et da ei de isto medicamie ieiuno stomaco cuz aqua tepida ad bibendū aur̄. v. facta ⁊ seruata ꝯueniēti dieta diebus pluribus. Et pone spacium inter vnam assumptionē hui⁹ medicaminis ⁊ aliam tot dies quot assellauerit sellas ifirm⁹ ex eadem. Et postea iteꝝ dabis: qm̄ iste humor ꝑ maiori parte nō euacuať vna purgatione: q̄re cōuenit pluries iterare: semꝑ ponendo spaciuz tot dieꝝ quot sellas fecerit infirmus. Tempus aūt in quo dare debes laxatiuū esse debet temperatū in calīitate: friditate siccitate ⁊ humiditate. Et non attendas dicta astrologoꝝ in diuisiōe tempoꝝ anni: qui diuidūt ipsa fm certū spaciū dieꝝ vel mensium qm̄ scīa medicine non sic ꝓcedit: imo fm sensum ⁊ sensibilitatē ꝓcedit: qꝛ illud tempus est tempatū vbiqꝫ terraruz in quo ꝑcipitur tēperies. s. eq̄litas iter calīitatez friditatē siccitatē ⁊ humiditatē: in quocūqꝫ die vl' mēse āni fuerit. Et sapientes de toleta cōtradicunt huic opinioni astrologoꝝ dicentes ꝙ scīa radicalis medicine cui adherere debemus est fm sensum ⁊ estimationē ꝑfectā in arte medicine: Et dico ꝙ medici nō laudāt purgationē vel flebotomiaz nisi in tpe tempato: eo ꝙ qñ tempus elongatur multū a temperie versus frigiditatez humores gn̄aliter sunt coagulati: ⁊ cōpacti: ⁊ difficulter purganť: ⁊ mouenť. Et si volueris oīo purgare in tali tempore cū medicamie laxatiuo: timendū est de excoriatōe itestinoꝝ: eo ꝙ frigiditas aeris ꝯprimit ⁊ expellit hūores ad stomacū: ⁊ ad itestina. q̄re si dederis laxatiuum illa de causa: poterit dissenteria euenire hac de causa: qꝛ natura est ⁊ fuit pigra ad euacuādū humores coagulatos ⁊ iuiscatos in mēbris: ⁊ facta violētia a medicamie laxatiuo inde dissenteria subsequitur. Si vero aer ad calīitatez sup̄fluaz declinauerit: humores tūc velocissime euacuantur: ⁊ mouenť: qꝛ humores sunt dissoluti ꝑpter calīitatē. Et post talem euōnem seq̄tur debilitas magna: qꝛ spiritus etiā dissoluunť illa de causa. Et cū dico spiritus intelligo ex quattuor membris ꝑ̄ncipalibus. vz. corde: epate: cerebro: ⁊ testiculis: qm̄ isti quattuor spiritus istoꝝ quatuor membroꝝ sūt sustētacula humane nature. Qz si tempus fuerit superflue siccitatis: inde spasmus poterit ꝑuenire. Et si fuerit sup̄flue humiditatis: debilitatur ab ipsa purgatione patiens cā relaxationis ⁊ debilitatis virtutis retentiue: ⁊ subseq̄tur inde fluxus super fluxus: qui dicitur lienteria: qꝛ quando virtute retentiua ꝑuatur membrū: oēs alie virtutes destruentur: cognoscēdo ꝙ id qđ dixi de compl'onibus simplicibus vix reperiť ꝑ maiori parte in aliquo tempore ⁊ regione: sed composite bn̄ reperiuntur: sicut est caliditas ⁊ humiditas: frigiditas ⁊ siccitas: frigiditas ⁊ humiditas. Sz per simplices cōplexiones poteris ꝯpositas cognoscere atqꝫ scire: sicut docui. Et vide quid faciūt tempora anni: qꝛ in aliquo anno arbores velociter virescunt: ⁊ ꝓperant citissime ad ꝓducendū flores: folia: ⁊ fructus: ⁊ in alio tardant. Quare medicina nō ꝓcedit nisi fm sensum. Qz si ꝓcesseris in hac cura isto ordine ⁊ regimie. s. supponendo mēbro que hēant dissoluere: ⁊ que habeant stipticitatez: ⁊ subtiliare: ⁊ mitigare: tunc cognosces iuuamentū patiētis. Et q̄uis ad ꝑfectā liberatōz nō deuenerit: tn̄ egritudo alleuiabiť: ⁊ diminuetur apa oīno. Et cuz h̄ toto indiget rectificatione cibi: ⁊ de meliorib⁹ cibis est gallina in tasica. Sciēdo ꝙ ab aceto est abstinendum in omni ēgritudine melancolica: ⁊ ab omnibus cibis grossi nutrimenti: sicut sunt pisces: oliue: ⁊ caules: ⁊ carnes bouine: ⁊ antiquorum arietum: ⁊ camelorum leporum: ⁊ yrcorum: ⁊ stambeccorum: ceruoꝝ: ⁊ daynorum: ⁊ caprarum: ⁊ similium: quoniaz sua grossitudine ⁊ siccitate nocumentū inferunt in hac egritudine. vua autez passa ⁊ ad solem exiccata confert in hac passione: ⁊ grana pini: ⁊ amigdale dulces non nocent: imo cōferunt. Testiculis autem quandoqꝫ accidit mala complexio cum dolore: ⁊ sine dolore. Humida eniz complexio mala sola est absqꝫ forti dolore: sed operatiōes membri perturbat: ⁊ inde maligne ⁊ graues eueniunt egritudines. Sed quia testiculi sunt membra cōposita accidit in eis eneruatio seu relaxatio ex forti attractione. Et si ex hoc non fit ruptura aliquarum venarum vel aliorum membrorum erit facilis eius cura. Si vero aliqua ruptura ibi facta fuerit. et complexio eius calida ⁊ humida extiterit: ibi putredo generatur: que postea indiget euacuatione cum ferro: vel medicina. Si autem complexio patientis sicca multum fuerit: quanuis ruptura modica fuerit: exiccantur testiculi: ⁊ arefiunt.

¶ Capl'z. III. Quod est de mala ꝯpl'one sicca testiculoꝝ.



Otest qn̄qꝫ testiculis siccitas ⁊ macies euenire: ⁊ hoc pluries fit post curationē apostematum eorum. Cura aūt hoꝝ est flebotomia seruatis cōditionib⁹ supradictis: ⁊ desuper pone cotū madefactuz in oleo ro. aromatizato. Et cum dico oleuz rosatū itelligo qđ factū sit ex oliuis recentibus sine sale: ⁊ ꝙ nō fuerint vel steterint ammassate: ne īde possint siccitatē acquirere ⁊ habere. Et ꝙ illud oleum sit renouatuz ex rosis recētib⁹ ānis plurib⁹: iterādo rosas pluries in āno: ⁊ subtilia regimen eius remouēdo eum ab oī genere vel specie carnis: ⁊ sufficiet ei dare panē bn̄ fermentatū cū lactucis vel portulacis decoctis: qm̄ istud regimen remouet grossitudinē q̄ accidit ab apate: ⁊ inunge postea locū cū oleo de alzary. i. de nucib⁹ cipressi ⁊ anetino: quoꝝ ptes sint eq̄les. Et serua istud regimē donec ꝑfecte fuerit liberat⁹. Qz si cōtusi fuerint: flebotoma patiētē: ⁊ iunge cū oleo ro. supradicto ⁊ subtilia regimē multum: ⁊ sic optime ⁊ ꝑfecte liberabiť ꝓut credo: si v̄o fortis fuerit cōtusio: difficil' erit cura: tn̄ eadē est cū suprascripta. Et accidit ēt qn̄qꝫ testiculis relaxatio. ⁊ h̄ accidere pōt: aut ab egritudine q̄ fit in eis: vel pp debilitatē renū. Et cū cōforťať corp⁹: ⁊ rectificať: moueť istud accidens. Et fit qn̄qꝫ a senectute: ⁊ ꝓ certo senect⁹ est egritudo nālis. Et cura h⁹ est inungere testiculos cuz oleo balsami. Et si nō inuenis balsamū: pone loco ei⁹ oleū de alzeuru: sz nō ē tāte efficacie: ⁊ inunge ēt spinam cū ꝑdictis: sicut dictū est.

¶ Capitulum. IIII. Quod est de crepatura.



T accidit qn̄qꝫ in orificio nerui in quo pēdēt testiculi: seu in foramine: dilatatio: aut cā sup̄flue humiditatis flegmatice: vel ex senectute: aut alteri⁹ de cā: ⁊ pōt etiam īde descendere ad bursam testiculoꝝ ventositas: vel aliq̄ humiditas q̄ assimilať speciei crepature. Et cura hui⁹ est vt infirm⁹ cōtinue supin⁹ iaceat: ponēdo puluinar seu cussinū magnū sub coxis. Qz si id qđ cecidit in bursaz testiculi est vapor: studeas illū dissoluere: ⁊ pone deforis sup orificium stiptica. Et subtilia regimē ei⁹. dādo ei turtures et passeres. Et pone sup locū camomillā: rosas. ⁊ nuces de alchabaru. i. cipressi: ⁊ icorpora eas cuz agresta ⁊ aq̄ equal'r Et vtere isto medicamie donec fuerit liberat⁹. Et si id qđ descenderit vel ē in bursa fuerit humor: ⁊ est in quātitate pua: dissolue illū cū camomilla ⁊ faria ordei mixtis ⁊ malaxatis cū lixiuio facto cū cinere cipressi. Si aūt dict⁹ humor in magna quātitate extiterit: studeas stringere locuz

cū farina ordei: ꝛ nucibus cipressi mixtis cū agresta. ꝛ pcipe alicui cirurgico vt aperiat iferius bursaꝫ testiculi cum aliquo ferro frigido. s. cū lācea subtili inūcta cuꝫ oleo ro. modicū ipsaꝫ intus penetrādo: ita ꝙ faciat paruū foramē p qð solū ille humor possit exire: ꝛ cuꝫ dict⁹ humor fuerit bene euacuat⁹: studeas solidare foramē cū vnguēdo seu emplastro de alnacli. i. de palma. Et accidit etiā qñqꝫ i foramine nerui pdicti in quo pēdēt testiculi ꝙ exlaniat̄ ꝛ extēdit̄ ꝛ dilatat̄ ex nām: intātū ꝙ ide descēdūt intestina: ꝛ hec ē deterior oī alia spē crepature: ꝛ isti vix ꝛ cū difficultate maxima liberant̄. Huic gdē pcipe vt iaceat eo mō q̄ supra dixi: ꝛ fac eū abstinere ab oī motu ꝛ labore: ꝛ reduc ītestinū itus ad locū suū paulatine: ꝛ fac emplastrū desup ex farina ordei: ꝛ de andaruçera. i. ypoquistidos: ꝛ de eupatras: ꝛ de nucib⁹ cipressi quorū ptes sint eq̄les. pistent̄ ꝛ cribellent̄: ꝛ icorporent̄ cū agresta vel aceto: ꝛ q̄uis nō habeas ex hoc finē intētū oīno: tñ alleuiabit̄ egritudo regimine tali. Et scias ꝙ corꝫ q sunt in fine iuuētutis cura ē īpossibilis ꝑpter siccitatē sue ꝯplonis: ꝛ ꝑpter duriciē pelliculе exlaniate. Infantes aūt paruuli silr̄ nō liberantur alia de causa. s. qꝛ nō possunt abstinere a fletu ꝛ motu iordinato ꝛ labore: ꝛ ꝑpter hoc nō ꝯsolidant̄. Puer vo hñs ītellectū: qui attēdit ꝛ obseruat pcepta medici ꝑpter dubitationē sui: credo ꝙ cura hui⁹ nō sit īpossibilis: qm̄ si obseruauerit getē tenēdo desup emplastrū supradictuꝫ: seruando dietā subtilē: ꝛ abstinēdo se a ꝯtu: iacēdo cōtinue fm ordinē prescriptū: poterit liberari.

¶ Cap. V. Qð ē de egritudinib⁹ q̄ fiūt i bursa testiculoꝝ.

Fit in bursa testiculoꝝ apostema. Et cura huius est sicut cura alioꝝ apostematū. Et fit ibi etiā qñqꝫ solutio cōtinuitatis: ꝛ cura ē sic̄ cura aliarū solutionū cōtinuitatis.

¶ Tractatus quartus de egritudinib⁹ virge: ꝛ est cōtinens capitula quattuor.

¶ Cap. I. Qð est de opilatione que fit in virga causa lapidis vel alicuius alterius rei.

Fit quādoqꝫ in canali virge opilatio: ꝛ h̄ aut a lapide: vel sanguine coagulato: vl̄ a grossa sanie. Lapidē autē exͭhere debes cū ferro noīato i arabico alchartir. aut accipe virgā subtilē bene politā ad modū stili de ere vel argēto: aut auro: ꝛ desup fac icasare pūctā vnā de diamāte: ꝛ pone p foramē vge vsqꝫ q̄ attingat lapidē: ꝛ ipsuꝫ poterit frāgere cū ea: ꝛ in balsamo ē ꝑpetas valida ēt in frāgēdo lapidē in h̄ loco. Et rememorat⁹ fui iā in pcedēti curā lapidis sufficiēter: ꝛ curā etiā opilatiōis q fit a sanguie vel sanie. ꝛ pōt ēt fieri opilatio in canali virge a veruca q̄ orit̄ ibi. Et cura huius est cū dolor fuerit fortis ꝛ itolerabilis: eo ꝙ ifirm⁹ nō pōt emittere vrinā: pforare vgā in loco supiori veruce ita vt vrina possit ide exire: ꝛ vrinando gescit dolor. Et postea cura verucā inyciēdo oī die p foramen eius oleū amigdalarū: aut de susimāno. ꝛ h̄ pluries facto stude ꝯpmere verucā cū aliquo instr̄o donec erūpatur: ꝛ postea pone itus ea q̄ hñt dolorē remouere. sicut est oleū ro. ꝛ oleū amigdalarū equal'r mixta: ꝛ octaua ps aq̄ decoctiōis cētauree minoris: ꝛ subtilis corticis pineoꝝ: ꝛ caude equine: q̄ tm̄ bulita sint donec aq̄ mutauerit colores: ꝛ in ista colatura pone aligd mellis: ꝛ pone de isto medicamine p foramē vge oī die tā diu donec destructa fuerit veruca. Et demuꝫ cura foramē vulneris donec fuerit ꝯsolidatū: ꝛ hoc cū vnguēto de alnacli: ꝛ semp cū vrinauerit ifirm⁹ ablue vuln⁹ cū aq̄ mellis pdicta: ꝛ desup pone vnguētū anacli donec ꝯsolidet̄. Si vo senex fuerit ifirm⁹ pp sui supfluā siccitatē nō ꝯsolidat̄ vuln⁹ in ppetuū. Et ppter hoc nō ē pforādus nisi fuerit in articulo mortis.

¶ Cap. II. Qð est de puatione sensibilitatis virge.

Hec egritudo curat̄ sicut curat̄ puatio sensibilitatis alterius mēbri. ꝛ oriunt̄ etiā qñqꝫ i capite vge pustule rubee q̄ in arabico nominātur alohūbra: qb⁹ collirīū de memithe ꝯfert multū. ꝛ eius regimē sit lactuca decocta.

¶ Cap. III. Qð ē de foramib⁹ q̄ fiūt in vga.

Hec qdē passio accidit in hoc mēbro ex abundantia acutoꝝ humoꝝ. ꝛ curat̄ cū collirio d̄ memithe. ꝛ regimē eius sit lactuca decocta.

¶ Cap. IIII. Qð est de expulsiōe spmatis.

Hec vo egritudo euenit a debilitate vtut]: sic̄ accidit exeūtib⁹ ab egritudīe ꝛ senib⁹. sꝫ qñ corp⁹ ꝯfortat̄ ꝛ vigorat̄ ꝛ redit pfecte i suaꝫ possibilitatē remouet̄ istð accñs. ꝛ ꝯtinuare testiculos galloꝝ hꝫ istud accñs remouere. ꝛ bibere aquā mellis cōfert valde. Si vo ex senectute fuerit: cura ē īpolis: ꝛ qð magis ꝯfert i hac passiōe si nō fuerit ex senectute sūt testiculi galloꝝ: ꝛ cerebra passerū: ꝛ carnes pulloꝝ: ꝛ colūboꝝ paruoꝝ. ꝛ accidit ēt ꝙ mēbrū non eycit spma sic̄ sagittā cā incisiōis chorde q̄ arabice dr̄ scebel: ꝛ est illa chorda iter testiculos ꝛ vgaꝫ. ꝛ hec recordat⁹ fuit. H. Et hui⁹ cura est ipolis. Et iteꝝ dic. H. ꝙ qñ accidit tortuositas in virga nō pōt eycere sperma sic̄ sagittā. Et h̄ tortuositas pōt accidere aut ex vulnere qð nō fuit bñ ꝯsolidatū: aut ex apate fcō in aliq̄ chordaꝝ vge. aut ex nimia siccitate alic⁹ chorde. si āt ex siccitate fuerit: cura ē ipolis: tñ pcipe ifirmo vt q̄tidie ꝛ multotiēs inungat mēbrū cuꝫ oleo amigdalaꝝ dulciū mixto cū aq̄ tepida: ita ꝙ illa hūiditas semp ibidē pmāeat. Si vo ex apate duro ꝛ lapideo fuerit: fac fieri inunctionē ex oleo anetino: ꝛ piguedie anatis: ꝛ ex medulla cruris vituli: q̄ꝝ ptes sint eq̄les: misceātur sil'r: ꝛ iungat multotiēs mēbrū. ꝛ videbis iuuamētum manifestissimū. Cōplete sunt egritudies virge. Et nūc icipiemus determinare de egritudinibus vulue.

¶ Tractatus. V. de egritudinib⁹ vulue. ꝛ matricis ꝛ est continens capitula octo.

¶ Caplm. I. Qð est de sterilitate ꝑpter malā ꝯplonem.

Hoc mēbrū. s. vulua ex mēbris est multi sensus: sicut iā declaratum est. ꝛ hoc pp exuberationē neruoꝝ que ē in ea. Et cōstrigit̄ ꝛ cōtrahit̄ valde: ꝛ dilatat̄: ꝛ elargat multū: ꝛ h̄ pp multas ligaturas tortuosas que sunt in ea. Et nō eueniunt h̄ alicui mēbro nisi huic: ꝛ stō: ꝛ burse testiculoꝝ. Et qñ mulier icipit ipregnari cōstringit̄ ꝛ ꝯhit̄ matrix. ꝛ qñ fet⁹ icipit crescere: dilatat̄ matrix: vsqꝫ quo deueniat ad terminū a deo sibi deputatū ex nā sui: ꝛ tūc dilatatur orificiū vulue donec pturiat: ꝙ pus erat tā strictum ꝛ obturatū ꝙ ēt pūcta stili nō potuisset itrasse: ꝛ cum icipit exire fetus descēdit extra orificiū matricis. ꝛ postea dilatat̄ orificiū vulue in tm̄ ꝙ est exiēs a nā absqꝫ tumefactione loci: ꝛ istud dr̄ dolosare. Et totū h̄ factū ē a ꝑuidētia diuia. ¶ Et fit sterilitas ab egritudib⁹ matricis: ꝙ si fuerit a natiuitate: cura ei⁹ est īpolis: nisi fm volūtatē diuinā: q̄ aūt fit a mala q̄litate seu ꝯplexiōe frigida vel calida sicca vel hūida: aut ab istis q̄litatib⁹ mixtis pōt curari. ¶ Mala aūt cōplexio calida in excessu destruit sperma: ꝛ ꝯsumit illud. ¶ Et cura ei⁹ ē reducere dictā malā ꝯplonē ad eq̄litatē: ꝛ h̄ cū cibis ꝛ medicinis intus ꝛ extra. ¶ Mala vero cōplexio frigida acquirit̄ a balneatione: ꝛ natatione in aqua multe frigiditatis: aut a sessione sup lapides multe frigiditatis: vel a comestōe medicinaꝝ frigidaꝝ: aut a positione emplastroꝝ frigidoꝝ super ventreꝫ appositorum ꝑpter multā caliditatē que erat in eo. ¶ Et cura ei⁹ ē tēperare cōplexionē cū medicinis q̄ habeant calefacere tē/

perate.Et cōferūt etiā iste medicine qñ fit a senectute:vl
ab acceptione ciboꝝ vel medicinarū frigidarū. ¶ Me/
dicamē ꝯueniēs ad hoc. ℞.olei rosacei:ꝛ anetini:ꝛ grano/
rū de alcaurū ana.℥.ij.ꝛ aque decoctiōis aristo.lon.deco/
cte cū.℥.i.ipsi⁹ ari.vsqꝫ ad ꝯsūptionē medietatis librā.i.ꝛ
lumbricorū terrestriū.℥.ʃ.ꝛ misceant̄ oīa sil̄:ꝛ ponant̄ ad
lentū ignē:ꝛ bulliāt vsqꝫ ad ꝯsūptionē aque. ¶ Et postea
ꝑ q̄libet.℥.olei:ponat̄ exagiū vnū pure ambre:ꝛ cuꝫ isto
fac inūgere q̄libet die itus in matrice:ꝛ ꝓyce etiā de ipso
ꝑ clistere vsqꝫ ad ꝓfundū:ꝛ da ei ad bibēdū oī die de syru
po de corticib⁹ citri cū syrupo de sticados ana.℥. vnā cuꝫ
℥.iiij.aque simplicis tepide:ꝛ.℥.i.decoctiōis cētauree. Et
de octo in octo dieb⁹ da ei ad bibendū aur̄.ʃ. tyriace ma/
gne:ꝛ carnes eius sint turtures ꝛ passeres yritij:ꝛ anates
decocte in tassea cū pane bene fermētato. ¶ Qꝛ si dicta
mala ꝯplo ex siccitate fuerit sup̄flua:vñ sperma cadēs in
vulua vel matrice ꝯsumit̄ ꝛ desiccat̄ tali mō ꝙ ibi nulla
gnātio pōt fieri.Et h̄ mulieri pōt accidere ex sup̄fluo vsu
siccarū medicinarū ex errore medicoꝝ:ꝛ etiā ꝑꝑ īportu/
nitatē mulierū q̄ faciūt se medicinare de eo ꝙ nesciunt.
Istis ḡ stude humectare corpus totū:ꝛ matricē maxime.
Et ciba eas gallinis pinguib⁹ in lacte decoctis:ꝛ cū q̄bus/
dam ēt auib⁹ q̄ in arabico dicunt̄ scumē conditis cū oleo
amigdalarū dulciū loco olei oliuarū:ꝛ clisteriça matricē
cū oleo de susimāno vel amigdalarū dulciū. Sꝫ oleū de
susimāno nō cōmēdo ꝑꝑ q̄dā nocumēta q̄ sunt in eo:ꝛ sūt
ista.s.qꝛ ē grosse sube:ꝛ ꝓpter hoc tarde facit suos motus
ꝛ opatiōes:ꝛ est facilis corruptiōis:ꝛ īducit fetorē in mē/
bris:ꝛ maxie ī supiorib⁹:ꝛ fac ītrare mulierē in tina aque
dulcis tepide in qua moret̄ diu:ꝛ si videret̄ ei graue stare
totā in aq̄:ad minus stet vsqꝫ ad renes:ponendo in dicta
aqua aliq̄d olei amigdalarū dulciū. Et si haberes oleum
oliuarū dulciū sine aliq̄ penetratiōe salis ꝯfert magis ꝓ/
pter stipticitatē modicā q̄ est in eo.Et iā te feci scire mul/
totiēs:ꝛ adhuc idē itero tibi in hoc loco ꝙ q̄libet mēbrū
gñal̄r ꝛ spāl̄r p̄ncipale īdiget ꝯfortatiōe cū medicinis sti/
pticis tēperate:ꝛ fac stare mulierē in domo cui⁹ fenestre
ꝛ ianue sint apte a parte austri:ꝛ in q̄ discurrat aqua cau/
sa humectatiōis aeris:ꝛ cū vult vti coitu cū viro suo cā ī/
pregnādi se.sit in camera cui⁹ ianue ꝛ fenestre sint apte a
parte oriētis ita vt īde vēt⁹ ille ītret:ꝛ da mulieri ad bibē/
dū de limatura eboris cū succo pomoꝝ:aut cū decoctiōe
liq̄ritie:ꝛ vtat̄ mulier ocio ꝛ q̄ete:ꝛ seruādo regimē istud
sicut dixi:īpregnabit̄ deo dāte.Et scias ꝙ qñ talis mulier
incipit iuuētutē trāsire:ꝛ ad senectutē p̄mā appropinq̄re:
medicine ꝛ regimē p̄dictū est maioris efficacie ꝛ iuuamē/
ti ꝓpter caloris diminutionē in ipsa.Et iā ante tibi dixi ꝙ
mēbra fortiter desiccata difficile est valde cū medicinis
humectare.Et hac de cā pauca tibi h̄ scripsi ꝛ memoraui.
ꝛ sic ꝯpleui curā sterilitatꝭ q̄ a siccitate ꝓcedit. ¶ Et nūc
īcipiā curā sterilitatis q̄ fit ex sup̄flua humiditate matri/
cis.Et scias ꝙ humiditas sola matricis:nō destruit īpre/
gnationē:sed illa que fluit sicut aq̄. Et hec diuisa ī partes
duas.s.subtilē ꝛ grossaꝫ. He enī due exuberātes destru/
unt īpregnationē.Et cura hoꝝ est facilis:ꝛ hoc ē vt regas
mulierē cū exiccatiuis actu ꝛ potētia:dādo ei carnes assa
tas:ꝛ etiā in sartagine p̄paratas:vbi sint turtures ꝛ passe/
res:ꝛ fac clisteriçari matricē ei⁹ cū istis reb⁹. ℞.spelte cō/
quassate:ꝛ radices lilioꝝ ꝯq̄ssatas:ꝛ īfunde in aqua:ꝛ stēt
sic vsqꝫ mane:ꝛ tūc pone ad lētū igneꝫ:ꝛ fac bulire donec
aqua mutet colorē:ꝛ in colatura illa pone librā.ʃ.olei de
granis catapucie:ꝛ si nō reꝑiret̄ de isto:pone loco ei⁹ tātū
de oleo amigdalarū amararū cū.℥.i.oximellis cōpositi:ꝛ
fac cū istis tepidis clisteriçare stāte muliere supina.i.sub/
iecta supra dorsuꝫ suū:ita ꝙ nares ꝛ renes sint in altum:ꝛ
caput ꝛ spatule sint decliues:ꝛ sic stādo retineq̄t clistere

istud ꝑ horā vnaꝫ ꝛ postea euacuet̄:ꝛ sic faciat oī die vsqꝫ
ad octo dies:ꝛ postea fac licinium ex cotone:ꝛ desuꝑ ꝓy/
ce puluerē macis:nō ponēdo multuꝫ de eis:quia istud mē
brum cū sit neruosuꝫ est multi sensus:ꝛ nō posset talia su/
stinere.Et similiter caueas ponere de sq̄nçibin.s.oximel/
le in quātitate multa:qꝛ istud membrū leditur ab aceto.
Et ego sempꝫ cuꝫ facio tales medicinas ꝯsueui ponere de
eo in valde modica quātitate. ¶ Et si q̄reres a me quare
stomachus sustinet acetū absqꝫ magna lesiōe magis q̄ꝫ fa
ciat matrix:cū sit maioris sensibilitatis. dico ꝙ huic que/
stioni pōt respōderi plurib⁹ modis.vno.s.modo ꝓpter cō
suetudinē:qꝛ stomach⁹ multū est assuet⁹ reciꝑe acetū. Et
alia de cā est:qꝛ epar multū iuuat stōm in suis oꝑib⁹ exer/
cendis:ꝛ hoc est qꝛ stomachus non digerit cibū solūmō ꝑ
se:sed etiā ad vtilitatē epatis ꝛ oiuꝫ alioꝝ mēbroꝝ.Et di/
scordia q̄decꝫ fuit īter medicos q̄ fuerūt ante Gal. talis.s.
ꝙ quidā eoꝝ credebāt ꝙ stomachus nutrit̄ ex humidita
te ꝓpria stomachi que in ipso digeritur. Et alij dicebāt:
ꝙ illa humiditas non erat:nec poterat esse sufficiens ad
nutriēdū ipꝫ:sꝫ nutrit̄ a sanguie q̄ recipit a venis q̄ veniūt
ab epate ad stōm.Et.G.affirmat ꝛ dic̄:ꝛ verū ē dcm̄ ei⁹ q̄d
nutrit̄ istis duab⁹ vijs.Et snīa mea in h̄ est ꝙ q̄dam pars
isti⁹ stōi nutrit̄ ꝓ maiori parte ex ꝓpria humiditate dige/
sta solū in ipso stō cum modica q̄dā parte ꝛ parua sanguis
qui venit ab epate:ꝛ alia pars stōi nutrit̄ ecōtrario. Et si/
ne dubio pars superior stōi nutritur ex humiditate ꝓpria
digesta solum in stomaco cū modica ꝛ parua q̄ꝫtitate san/
guinis qui venit ab epate. Et īferiores partes stomaci in
maiori q̄ꝫtitate nutriunt̄ ex sanguie qui venit ab epate:et
in minori de ꝓpria humiditate sui. Et partes medie ipsi⁹
equaliter nutriunt̄ ex ambabus.Et qꝛ in stomaco sūt par
tes carnose:ideo melius pōt sustinere acetuꝫ quā matrix:
que oīno caret carnositate:ꝛ etiā quia in fundo stōi abun/
dant humores.Et ex oībus istis causis pōt leuius ꝛ meli⁹
stomacus acetum sustinere q̄ꝫ matrix. Et inunge vuluaꝫ
exterius cū oleo ro.ꝛ oleo de alchaoen. Et scias ꝙ pro ma
iori parte ex frigiditate ꝛ humiditate hec egritudo hꝫ pro
uenire:ꝛ pro minori ex caliditate ꝛ siccitate. Jam ergo vi/
detur nobis sufficiēter posuisse curas hui⁹ passiōis simpli
cis:ex quibus scias curare compositas:cōponendo medi/
camina prout videbitur conuenire.

¶ Caplm̄. II. Qd̄ est de apostemate matricis.

ET accidit quādoqꝫ vulue seu matrici ap̄a sic
alijs mēbris accidere cōsueuit. Et hoc mēbꝝ
satis p̄paratum est recipere apostema:eo ꝙ ē
in īferiori parte corporis. ꝛ cū hoc est recepta
culum superfluitatuꝫ. Et apostemata q̄ fiunt
hic sunt vel ex sanguie:vel colera:vel ex melācolia:sed ex
flegmate in minori parte.Et cura generalis oībus est fle/
botomia basilice brachij d̄xtri p̄mo:ꝛ postea ex saffena:ꝛ
postea stude in refrenādo ꝛ mitigādo humores:ita vt nō
currant ad locū doloris:ꝛ subtilia ei regimē valde.Et cre
do ꝙ sufficiāt ei.℥.ij.panis bñ fermētati:vel paꝝ plus:vel
minus cū medulla citrulloꝝ.Et clisteriza vuluā cuꝫ oleo
rosaceo.Et si cuꝫ hoc regimine resoluitur apostema:bene
quidem.Et si conuertitur ad saniē:necesse erit tunc vt fa/
cias clistere cum aqua mellis:aut cum ipso melle:ꝛ postq̄ꝫ
sāies bñ fuerit mūdificata:clisteriza vuluā cū melle mix
to cū medicis desiccatiuis habētib⁹ ꝓp̄etatē gñandi car/
nē.Et in melle ē v̄tus magna in generādo carnē. ¶ Me/
dicamē ad hoc. ℞.farine ordei ꝛ farine viccie.ana.partes
equales:nucis cipressi ꝛ thuris adusti.ana. quartaꝫ partē
vni⁹ partis:que sunt conquassanda conquassent̄:ꝛ infun/
dant̄ in aqua:ꝛ postea bulliāt tm̄ vsqꝫ q̄ aq̄ mutet colorē
ꝛ colet̄ staminia valde densa:ꝛ misce cū hac colatura de
melle puro ꝛ spumato quātū ē medietas aque:ꝛ depurat̄

mel isto mõ. ℞.mel ⁊ misce cũ eo de aq̃ in bona q̃titata/
te donec ferueat:⁊ postea remoue spumã ⁊ fac eũ paulati
ne bulire semp remouẽdo spumã:postea cola ⁊ iterũ põe
ad ignẽ:⁊ fac bulire donec ꝯsumet̃ aqua:⁊ de isto cũ ꝑdi/
cta decoctiõe oĩ die fac clistere donec fuerit liberata. Et
hec cura est ꝯueniẽs oĩb⁹ apatib⁹ fractis q̃ fiũt ex colera
mixta cũ melia:aut que sũt ex melia mixta cũ sanguine.
⁊ apa ex melia in hoc loco raro euenit:⁊ qñ accidit nõ de/
leui curat̃:queadmodũ etiã nec in alijs mẽbris: tũ semp
studiosus eẽ debes in mitigãdo dolorẽ ei⁹:⁊ qd̃ magis cõ/
ueniẽs est ad hoc est oleũ ro.cũ oleo de vitellis ouoꝝ:qd̃
sit absq̃ omni acuitate ⁊ fetore. Et scias ꝙ oleuꝫ de vitel/
lis ouoꝝ magnã ⁊ mirabilẽ hꝫ ꝓprietatẽ in egritudinib⁹
vulue:⁊ etiã in oĩb⁹ mẽbris magni sensus cũ valido dolo
re ⁊ forti:⁊ omni die clisteriça eã cũ istis duob⁹ oleis:⁊ fac
eã seruare regimẽ subtile qd̃ tẽdat ad quãdã humiditatẽ
sicut ẽ brodiũ galline cũ pane fermẽtato in modica quã/
titate:nõ comedẽdo de carnib⁹:⁊ tene eã cũ isto regimie
donec dolores fuerint alleuiati:⁊ ipsa sit r.⁊ postea paula/
tine ꝑduc eã ad suũ regimẽ assuetũ:⁊ nõ tradas obliuioni
repercutere ⁊ obuiare ne humores possint ad locũ deriua
re:⁊ locũ q ibi est tumefact⁹ studeas dissoluere toto pos/
se:⁊ finis vltimus ad quẽ põt medicus ꝑuenire in hͦ apo/
stemate melico est vt ꝓlõget̃ egritudo:⁊ iuuat cũ hac pas
sione mulier tpe lõgo faciẽdo semp suas actiões nãles.

Cap.III. Qd̃ est de corrosione matricis.

GEnerat̃ qdẽ hec egritudo in matrice exube/
rantia humoris acuti ⁊ corrosiui:⁊ qñ fit in
aliquo alio mẽbro cuꝫ difficultate curat̃. er/
go cũ orit̃ in isto multo difficilius:⁊ iaꝫ recor
datus suꝫ ꝙ cũ esseꝫ iuuenis ad me venit q̃/
dam senex trapeçator:qui dixit mihi ꝙ quedaꝫ dña de q̃
multũ curabat:⁊ eã multũ diligebat hãc patiebat̃ egritu/
dinem:⁊ ego diu in curatione eius laboraui donec fui fes/
sus:⁊ qꝛ euꝫ multũ diligebã:feci hoc scire patrẽ meũ qui
senex erat:⁊ ipse me desperare fecit de hac curatiõe:dicẽs
ꝙ hec passio ad mortẽ deducere eã debebat nãliter:⁊ do/
cuit qd̃ ei facere deberẽ. Et aliqñ hec egritudo in ea alle/
uiabat̃:⁊ interduꝫ intẽdebat̃:donec sanguis in quãtitate
maxima emanauit ⁊ corrosio dilatabat̃:⁊ in tãtũ augmẽ/
tata ⁊ dilatata fuit corrosio ꝙ corrosit vnã ex magnis ve
nis:⁊ inde tantũ sanguis exiuit:ꝙ ĩde mortua fuit.

Cap.IIII. Quod est de dislocatione matricis.

ET dislocat̃ qñq̃ matrix ex sup̃flua humidi/
tate:ita ꝙ exit a loco debito. Et põt etiã acci/
dere ex saltu:vl' ex casu:aut ex eleuatiõe ma
gni põderis ⁊ silib⁹. Et iã recordat⁹ suꝫ ꝙ vi/
di mulierẽ cui matrix exiuerat extra vuluã:
⁊ videbat̃ q̃si eẽt fardellus paruus:⁊ remãsit sic tpe lõgo
sed finẽ ipsi⁹ ignoraui. In ꝑncipio aũt qñ apparet hec egri
tudo:medicus leuiter eã poterit curare:⁊ reducit̃ oĩbus
istis modis q̃bus dicturus sum:videlicet manu si vis:⁊ si
nõ:fac eã supinã iacere:⁊ fac ꝙ aliquis sedeat sup pectus
suũ:⁊ alius sup crura:⁊ fac eã terrere ponẽdo circa pedes
eius aliq̃ reptilia:sicut sunt mures:vel lacerte:aut rane:vel
his silia:ex q̃b⁹ multũ terrefiat:⁊ velit fugere ab ipsis tra
hẽdo pedes ⁊ crura ad se:⁊ ĩde oĩa mẽbra ⁊ corp⁹ totũ si/
mul ꝯtrahant̃:⁊ hac de cã matrix ĩtus redibit ad locũ suũ:⁊
cũ redierit matrix fac eleuari coxas eius in altũ:⁊ ordina
vt iaceat supina:⁊ ꝑcipe ei vt non se moueat oĩno aliq̃ de
cã:ẽt si vellet assellare. Et postea clisteriça eã hoc clisteri.
℞.balausti.⁊ galle carobe recẽtis:⁊ ligritie ana ptẽ vnaꝫ:
nucis cipssi ptẽ mediã:sticados ⁊ camomille ana q̃rtã ptẽ
partis vni⁹.ꝯq̃ssa q̃ sũt ꝯq̃ssanda:⁊ ĩfunde dictas medici/
nas ꝑ noctẽ vnã in aq̃ multũ ferueñti:⁊ in mane fac bulire
donec multũ aq̃ mutet colorẽ:⁊ postea colet̃:⁊ ex ista co/
latura accipe librã.s.cui misce.ℨ.s. olei de mirtella facti
ex florib⁹ ipsi⁹ mirte:⁊ fcõ ex istis clisteri ĩfũde cotũ ĩ istis
⁊ ĩpone:⁊ postea liga desup vuluã exteri⁹ petiã lini valde
dẽsaꝫ:q̃ sit ĩplicata plurib⁹ plicis:⁊ sit madefacta in deco/
ctiõe mirte ⁊ balaustiarũ:⁊ postea suauiter liga eã cũ isti/
tis añ ⁊ retro:⁊ muta eã bis in die. Sꝫ añ ligationeꝫ pone
sup vuluã:⁊ ex opposito retro sup spinã de puluere subti/
lissimo de sticados ĩpastato cũ aq̃ ⁊ aceto.an.ita vt trãse/
at de ṽtute ei⁹ ad matricẽ:⁊ ĩ aq̃ sua pone de syrupo ro.vt
bulliat:⁊ cũ hͦ regie libabit̃ deo dãte. Si ãt matrix anteq̃
ĩtus reducta fuerit mutauerit colorẽ:pone ꝺsup cotũ car/
minatũ madefactũ ĩ oleo ro.⁊ oleo lilij:q̃rũ ptes sint eq̃/
les:⁊ sint tepida ad modũ lactis recẽter mulcti mutãdo
cotũ sic madefactũ pluries atq̃ pluries:donec illa super/
fluitas ⁊ nigredo remoueat̃.⁊ oĩnũ stude ĩ reducẽdo ma/
tricẽ ĩtus:queadmodũ dixi:nihil penit⁹ obmittẽdo. Et re
cordati fuerũt q̃dã medici ꝙ aliqñ putrefiũt ligamenta
matricis oĩa:⁊ exit matrix oĩno:⁊ permanet mulier absq̃
matricẽ:⁊ viuit sine diminutiõe aliq̃rũ suarũ opationuꝫ.
Et dixit mihi q̃dã amic⁹ me⁹ de quo ⁊ ei⁹ ṽitate multũ ꝯfi/
do ꝙ vidit mulierẽ cui oĩno matrix exiuerat:⁊ remãsit vi
ua faciẽdo oẽs suas opatiões nãles integre ⁊ pfcẽ:⁊ sic ẽ
dꝫ absq̃ dubio:cũ nõ sit mẽbrũ ꝑncipale:nec aliq̃b⁹ mẽ/
bris aliq̃s ꝑstet vtilitates:nec ꝑstat aliqd̃ iuuamẽtũ ĩ ꝯser
uãdo vitã:nec inuentũ fuit ad illud. Et pro certo iuuamẽ/
tum in muliere est matrix sicut mẽbrũ viri in viro:tamen
testiculi sunt mẽbꝝ ꝑncipale:sicut declaratũ est:⁊ ex ipsis
est vir.i.masculus vir diuersificatus a muliere. Sed ma/
trix nõ est alteri⁹ iuuamẽti nisi qꝛ facit appetere coituꝫ:et
ad ĩpregnatiõnẽ recipiẽdã. Et facit crescere ⁊ tumere vbe
ra. Et greci quãdo volunt ĩpinguare scrofas:extrahũt eis
matrices. Testiculi autẽ mulieris minores sunt ⁊ existũt
illis virorum:⁊ testiculi viroꝝ sunt rotundi:mulieruꝫ ve
ro plani. Cuꝫ aũt testiculi mulieris extrahunt reddit aïal
incognitũ:qꝛ ex omnibus animalib⁹ sunt masculi ⁊ femi/
ne:⁊ cui ablati sunt testiculi nõ est masculus neq̃ femina:
nec põt esse moris masculi nec femine: quare de necessita
te est alius a masculo ⁊ a femina.

de muliere absque matrice

Caplm.V. Qd̃ est de fluxu menstruoꝝ.

FLuxus qdẽ mẽstruoꝝ accidit mulierib⁹:aut
ꝑ viã purgatõis sup̃fluitatũ:aut a nimia sub/
tilitate sãguĩs:vel qꝛ nimiũ fact⁹ ẽ sãguis aq̃/
sus:aut ꝑꝑ nimiã calĩtatẽ igneã acq̃sitã in eo:
vel ex aptõe orificioꝝ venaꝝ ꝑꝑ mordicationẽ ⁊ acuitatẽ
sanguĩs:cui aũt ex subtilitate sãguis hͦ ꝓcedit:cura ei⁹ est
igrossare regimẽ:dẽide da ei lentes decoctas:⁊ crura ⁊ pe
des hedoꝝ ad comedẽdũ. Illi ãt cui accidit ex acuitate et
calĩtate ignea acq̃sita ĩ sãguie ꝓpinabis medullas citrul/
loꝝ ⁊ anguriaꝝ. Et si fuerit iuuenis ⁊ tpe estatis dabis ei
cucurbitas ꝺcoctas cũ carnib⁹ arietũ iuuenũ.s.vni⁹ anni.
Et qñ ex aptiõe orificioꝝ venaꝝ ꝓcedit ex mordicatõe ⁊
acuitate q̃ ẽ in sãguie: dabis ei ad bibẽdũ aquã in q̃ cocta
sint ista.s. Ligritie ⁊ viole ⁊ nenufar.añ.aur.ij.psilij itegri
octa.ptẽ aur.vni⁹:ĩfunde in.xv.ℨ.aq̃ vsq̃ ad mane. Et po
stea fac bullire lento igne vsq̃ ad cõsumptionẽ medietat
aq̃.⁊ cola.⁊ in hac colatura adde.ℨ.sirupi ro.facti ex rosis
siccis.⁊.ℨ.s.de sirupo dactiloꝝ crudoꝝ:vl' loco ei⁹ de siru
po agresti:⁊ bibat de ea ieiuno stomaco oĩ die.

Caplm.VI. Qd̃ est de retentione menstruoꝝ.

REtinentur q̃dem mẽstrua in mulieribus pro
pter grossitudinẽ humoꝝ:aut ꝓpter debilita
tẽ ṽtutis expulsiue. Et cura ei⁹ ẽ subtiliare re
gimẽ ei⁹:⁊ ĩcidere viscositatẽ ei⁹ cũ sirupo de
yreos:⁊ sirupo sçncibin simplici tantũdẽ cuꝫ
ter tãto de aq̃. Si mulier trãsierit iuuẽtutẽ: aut fuerit se/
nex:⁊ caro ipsius fuerit dura:⁊ humor grossus extiterit:

vid. supradicta mala ... propter remm...

tūc oino idiget syrupo sgncibin cū syrupo de yreos: sic diximus. Et tu scis q medicine q sūt diuretice valde hñt de bēt odorē horribilē: et apiū: et ameos: et daucus sūt queniētia ad hoc: et feniculus ēt tātū hz de horribilitate quātū sufficit. Complete sūt egritudines que accidūt vulue.

Cap. VII. Quod est de oppilatione et sigillatione que accidit collo matricis.



Oc quidē accidēs aliqbus mulieribus euenit a natiuitate in vtero materno: q si fuerit caro: incide cū ferro: et si fuerit os aut caro dura cicatriçata noli laborare.

Cap. VIII. Qd ē de laniatōe matricis.



Oc quidez accñs aliqbus mulieribus euenit in tpe partus: aut qñ violāt a vginitate. Et si fueris a pncipio pcipe ei mulieri vt stringat coxas suas: et pole erit q suo pprio sanguine psolidabit. Si autē nō fueris in pncipio et labia vulneris fuerint consolidata incide dicta labia ex vtraq pte cū ferro: et sue cū filo sete crude: et pone desup psolidatiua et sigillatiua. sic sunt absinthiū: et anthere: et balaustie exiccate. Fiat puluis ex his subtilissimus: et spge desup suturā iterādo pluries. Et scias q sutura q fit ex seta cruda ñ corrūpit: nec putrescit donec vulnus pfecte sit psolidatus.

Hucusq igit put nobis apparet sufficiēter diximus de egritudinibus pprys vniuscuiusq mēbri. Nūc aūt incipiemus determinare de egritudinibus cōibus oiuz mēbrorum: et icipiemus cū auxilio dei determinare et loqui pmo de ossibus que sūt colūna et fundamētū omniū membrorum.

Tractatus sextus de egritudinibus ossium: et est continens capitula quinq.

Cap. I. Qd est de mala qplexione et fractura ossis.



Jco qdē q in qlibet osse pōt fieri egritudo ex mala qplone: et hoc aut pp disiūctionē eorū adinuicē: vel pp formā eorū aut appositionē ipsorū: vel pp mensurā eorū. Et est necesse sup hoc psiderare, ppriā eorū qplonē: inqtū ē masculus vel femina: et inqtū est puer iuuenis: vel senex: vel decrepitus: et ēt inqtū ē petrus vel ioānes. Et sup hoc silr pter psiderationē ossiū: debemus psiderare carnez et neruos: et ligaturas: et arterias: et venas et villos: et cutem: qm qñ ista exeūt a sua qplone nāli trahūt silr et alterāt ossa a sua debita qplone radicali. Et notū est q ossa qplonata sūt ex vna qttuor qlitatū simpliciū aut cōpositarū. Ergo qñ exierint a sua debita qlitate: studeas ad recuperationez ipsius. Et accidit etiā ossibus dissolutio ptinuitatis q fractura noiat. Jstis igit subtilia regimē inquātum potes. et equa mēbrū fractū: reducēdo ipsuz in locū suū ppriū. Et illi q sūt seruitores medicorū. s. cyrurgicorū assueti sunt h facere pprys manibus. Sz mihi impole videt q aliqd boni sciāt agere: qre eos nō debes pmittere operari. et vide si mēbrū lesuz sit tale qd habeat sibi par: sicut sūt brachia et crura. Stude ergo vt reducas lesuz ad formā sani: et si est ex mēbris q nō hñt societatē: sicut nasus: cogita formā ipsius mēbri qlis erat in sua sanitate: et studeas vt possis reducere ad ipsaz toto posse. Et si dislocatio vel fractura in ossibus magnis euenerit: fac eū extēdere sup discū seu tabulā: cuius supficies sit extēsa et plana: postea extende ambas ptes mēbri lesi trahēdo fortiter cū ambabus manibus ex vtraq pte: ita vt elōgent ptes fracte vl dislocate ab iuicē et postea molla manus tuas ad h vt nerui et ligature trahāt ad se mēbrū: et redeat ad locū suū: et iunge locū lesuz cum oleo ro. ponēdo desup petiā subtilē: et sup illā pone grossiores: et demū liga cū stellis faciēdo ligaturā mediocrē. vz. nō multū strictā: nec mollē: et stet ita ligatus p tres dies: et postea solue: et liga iterū faciēdo sic pus in oibus: et h facias donec fuerit liberatus. Sz attēde q id qd pus agere debes i istis ē flōmia ex opposita pte egritudīs: et subtilia rgimē eius: et sufficit ei comedere panē bñ fermētatū cū pullo: nō tñ vsq ad saturitatē: et h donec fueris certus ne locus apostemet vsq ad. xxx. dies: et ab ide in antea adiuua eū cuz gnāntibus huores viscosos sup fracturā ossis cū adiutorio dei. Et cibaria faciētia hec sūt pedes et crura edorū et arietū: et ptinua inunctionē: et ligationē et dissolutionē: sic dcm ē donec liberet: et h fieri nō pōt sic credo i spacio miori q xl. dierū. Si aūt mēbrū fractū fuerit ex mēbris magnis: et tu solus opationē dictā nō poteris exercere: hēas socium vsitatū q adiuuet te: trahēdo tu ex vna pte: et socius ex altera: donec labia fracture elōgent ab iuicē: et postea relaxētur manus: vt nerui trahāt ad se: et piūgēt ptes sil: et postea duc manū tuā sup mēbrū lesū palpitādo supius et iferius: et ex oibus ptibus. et si iuenis ipsū bñ rductū: et planū: et eqle: bñ qdē: sin āt sic ducēdo manus eqbis eū: et planabis: donec fuerit ad locū debitū reductū: et ptes sil optie coeqte: et post iunge eū: et ligabis ponēdo petias et astellas vt dictū ē. Et dissolue post tres dies: et iterū liga ordinate oia faciēdo q diximus. s. ligare et dissoluere: et inungere de tribus in tribus diebus. et hoc regimen facere debes infirmo forti: et qui sit discretus: ita vt cognoscat suū pfectū: et ob h sustinebit dolorē. Si vō ifirmus fuerit pusillanimus et debil vtutis atq timidus et idiscretus: habeas adiutores et fuitores penes te: q sint tecū ad tenēdū eū vi: ita vt cū senserit dolorem nō possit se vllo mō mouere nec ōstrucre opus tuū: psiciēdo tñ ne iferas ei itensuz dolorē. Si aūt ptusio fcā fuerit in naso: necē est vt facias ex coto filato formā nasi: ponendo exterius aliqd qd possit ipam sustinere. Et extēde sup petiā cerotū factū ex gūmis q possit nasuz vndiq colligere et circūdare: et desup pone petias plicatas plibus plicaturis donec hēant debitā grossitiē: q petie sic duplicate plumaceoli dnr. Et fac vt qphēdāt nasū ex oibus ptibus: et fac vt iuiscet dcm cerotū sup nasuz: ponēdo desup formā coti pdictā: q sit lōgitudie et breuitate et forma in oibus sic nasus patiētis. Et cū mutaueris ipz: ablue p nasuz cū aq mell: et postea cerotū cū forma repone supius. Et fuerūt qdā medici q hēbāt p ipoli curaz fracture ossis coxe: sz ego vidi puerū q liberatus fuit de passiōe illa: et psolidatū fuit os eius: sed nō segt ex h q qlz sic debeat liberari: eo q nāe et cōplones ossiū hoiūm sunt nō oēs eqles: qm puto q liberatio dicti pueri fuerit pp molliciē et hūiditatez sui ossis. Quare non segtur q sic oibus debeat euenire. Si aūt ossibus supuenerit dislocatio: cura est vt facias redire mēbruz ad suā formā nālē et positionē: et h elongādo os ab osse trahēdo fortiter: et relaxando manus vt nerui trahant ossa ad se: et redeant ad suuz sitū et locū nālez: et postea liga sicut superius dixi. Et subtilia regimē eius: et flebotoma eū si cōsenserint etas: vtus: tēpus et regio. Si nō oia ista adiuuāt ad hoc: minue de sanguine minus: sm q dicte cōditiōes diminuunt: put tibi videbit cōuenire: et subtilia regimē tēpore cōuenièti: et ingrossa ipm tpe quo videbit exigere. Et scias q oia ista ptinēt ad medicū nobilē et honoratū: sz alias operationes manuū dimitte ministris medicorū: sic est flebotomia et cauteriū et icisio arteriarum. Et adhuc nobiliora istis debēt facere isti medicorum seruitores: sic est icisio palpebrarum: et eleuare venas q oriunt in albedie oculorum: et psternere cataractas. Oia hec ad dictos seruitores hñt ptinere. Ad medicū aūt honoratū nihil aliud pertinere dicimus: nisi vt psiliū pstet solūmodo ciborū medicinarūq in firmi: absq aliq opatiōe manuū: queadmodū nō cōuenit ei facere sirupos et electuaria suis manibus: nisi esset in magna necessitate. Et pr meus fuit ex istis q tpibus vite sue per māsit sic sine aliq opatōe tali exercenda: q si voluisset nihil facere sciuisset: qz nō erat assuetus. Sz ego qui sum in

spanus ... hoc ... seruit...

ſiō paſſibilis: amore artis: ⁊ ex delectatione quā habui in ipſa volui ħ exercere. ⁊ ꝑ ſtudui in adiſcēdo facere ſyrupos ⁊ electuaria. Et volui etiā ꝑ expientiā ſcire opatiões medicinarū: ⁊ ēt igeniū extractiōis v̄tutis medicinarū ⁊ ꝯpōnis vni⁹ cū altera. Et volui ſilr̄ ſcire loca oſſiū ⁊ ꝯpoſitionē eoꝝ adiuicē: ⁊ oīa hec ſcire volui: ⁊ nō ſolū ſcire: ſed ꝓprijs manib⁹ exercere: ⁊ hoc cū appetitu maxīo ⁊ deſiderio: ⁊ ſemꝑ ſecut⁹ ſuꝫ viā iſtā: q̄uis ſit vilis ⁊ ꝯtempta apō medicū honoratū: queadmodū laboratores terre ī illo ope delectanť: ⁊ venatores ī venando: ⁊ ſic de alijs ſilib⁹. Qð memorat⁹ ſuꝫ de his nō feci cā ꝓmouēdi aliquē honoratū medicū ad exercēdū ꝑdicta opa ſuis manib⁹: ſꝫ ſi fuerit nec̄e in ſeipſo: vł in aliq̄ digniſſima vel cariſſima ꝑſona: qꝫ ſciat facere ⁊ exercere: ⁊ ēt ex mīa ⁊ pietate dei alicui paupi: ſciat facere hec vel aliq̄ leuia. Ea aūt q̄ ſunt turpia ⁊ abhoīabilia ⁊ miſera: ſicē extrahere lapidē de veſica ⁊ ſilia: nō tm̄ facere: verū ēt videre: non v̄r ꝯuenire honeſto ⁊ puro viro. Et puto ēt ꝙ honeſto viro nō liceat nec ꝯueniat ſꝫ legē videre pudēda. Et iaꝫ hucuſqꝫ dixim⁹ de his q̄ accidūt oſſib⁹ de diſlocatiōe ⁊ fractura. Nūc aūt intēdim⁹ determinare de his q̄ accidūt ipſis oſſib⁹ in ſeipis.

Cap. II. Qð eſt de ſuperadditione oſſis.

Et ingroſſanť q̄nqꝫ oſſa in ſua ſupficie ab humorib⁹ mordicatiuis: q̄ īfunduntť in ipſis oſſib⁹: aut a ſanie groſſa: q̄ trāſit ſup ipſa: vn̄ cōcauanť ⁊ corroduntť ⁊ igroſſanť. Et cura huius eſt reducere oſſa ad nāꝫ ſuā ꝓpriā: remouēdo cām īducētē dicta nocumēta. Nocumētū qdē groſſitudinis ⁊ ꝯcauitatis remoueť cū ferro: ſtudēdo poſtea cū medicinis in reſtaurando carnē donec ꝯſolideť: ⁊ oriť q̄nqꝫ viſcoſitas ꝑter nāꝫ ſup oſſa q̄ īpedit ꝯglutinationeꝫ carnis fieri ſup ipſa. Et cura hui⁹ eſt cū medicinis deſiccatiuis ⁊ abſterſiuis fortib⁹ donec remoueať dicta viſcoſitas: ⁊ redeat mēbrū ad ꝯplōnē ⁊ nāꝫ ſuā ꝓpriā. Et de habētib⁹ hāc ꝓprietatē eſt vt recipias mel diſpumatū: ⁊ decoque cuꝫ ſucco folioꝝ ꝑſici vſqꝫ ad ſpiſſitudinē: ⁊ vtere: q̄ñ ſufficiet in hoc caſu. De medicinis v̄o q̄ habent gnāre carnē dicā q̄ñ de vulnerib⁹ vniuerſaliter ꝑtractabo.

Cap. III. Quod ē de ſciſſura oſſis in longitudine.

Et accidit ꝙ q̄nqꝫ in oſſe fit ſciſſura in lōgitudine. Et cura huius eſt leuis: ⁊ hoc fit ꝯfortādo mēbrū: vt nō recipiat humiditates extraneas: que impediūt ſuas operatiōes naturales. Et generať aliquādo in eadē ſciſſura caro groſſa ⁊ dura: que cōſolidat dictā ſciſſuram.

Cap. IIII. Qð eſt de fractura oſſis cauſa doloris.

Et fit q̄nqꝫ ꝙ in fortib⁹ dolorib⁹ oſſa frangūtur: ⁊ ego iā vidi rupta oſſa exire: ⁊ hec fractura accidit cā humoris acuti infixi in loco. Et q̄ñ videm⁹ ꝙ hoc in oſſib⁹ accidit. qd̄ ꝗ fieri dꝫ in carne? Et pōt ēt hec fractura fieri in oſſe ex vapore ſeu vētoſitate īcluſa in ipſo oſſe vel in ſua cōcauitate: nec hoc putādū eſt īpoſſibile: qꝛ videm⁹ ꝙ vaſa terrea q̄ñ vēto ſuſpēduntť: ⁊ ad aerē: ꝙ ſcinduntť ab ipſis ⁊ ad te qdē ꝑtinet cognoſcere ſciſſuras factas ab humore vel a vento: ⁊ hoc qꝛ q̄ñ videris carnē corroſaꝫ in circuitu oſſis cū dolore forti: ⁊ cū ħ os fractuꝫ fuerit ⁊ denigratuꝫ ſcias ꝓ certo ꝙ eſt ab humore mordicatiuo ⁊ acuto forti. Stude ergo in cura huius in reducēdo mēbrū ad ſuā cōplexionē nālē oīb⁹ modis q̄bus potes. Et ħ purgādo humorē peccantē cū medicinis laxatiuis: ⁊ reſoluēdo q̄ ſunt reſoluēda cū reſolutiuis: frāgēdo ⁊ mitigādo eoꝝ acuitates cū medicinis habētib⁹ illā ꝓprietatē: ⁊ hec eſt via certa ⁊ manifeſta. Ea eni que habēt purgare hūc humorem ſūt purpuria: ⁊ epithimiū: ⁊ aloes miſcēdo cū iſtis aliquid ex folijs collogntide ⁊ ſcamonee: ⁊ qꝛ he medicine de ꝓprietate ⁊ nā ſui habēt corpi inducere anguſtiā ⁊ doloreꝫ: iō, ſtudeas in remouēdo ⁊ refrenādo cū piſtacijs ſi potes inuenire: ⁊ ſi nō: pone loco eoꝝ ſticados cū amigdalis dulcib⁹ mūdatis: ⁊ miſce cū eis: ⁊ da de iſta medicina īfirmo ſm̄ v̄tutē ipſius ꝯſideratis etiā alijs ꝯditiōibus q̄ſitis. Et fac eū bibere ſyrupū iſtū q̄ optim⁹ eſt in frāgēdo ⁊ remouēdo acuitatē dicti humoris. ℞. iuiube q̄ arabice dicunť aupnep: liquiritie mūdate: viole: floꝝ nenufaris: ana. ʒ. i. ſpice nardi: maſticis ana aur̄. iij. cōquaſſa que ſunt ꝯquaſſanda: ⁊ infunde ꝑ diē ⁊ noctē in libris. x. aque dulcis: ⁊ poſtea bulliāt lento igne vſqꝫ ad ꝯſumptionē medietatis: ⁊ poſtea cola. Cui addes librā çuccari albi: ⁊ iterum coque vſqꝫ ad ſpiſſitudinē: ⁊ ꝓpīa patiēti omni mane de ipſo. ʒ. ij. vel. iij. cū triplo aq̄ frigide: ⁊ ſi ſitiret multū adde plus de aqua: ⁊ pone ſup locū cerotū nominatū agrippa qð factū eſt cū cera ⁊ oleo roſaceo: ita ꝙ cera madefacta ſit in aqua frigida multotiēs. Et poſtq̄ etiā reſoluta fuerit cera in oleo roſaceo: iterū infundi debet in aqua frigida pluries donec acquirat frigiditatē ⁊ humiditatē: ⁊ hoc modo mitigabiť acuitas egritudinis: ⁊ remouebunť dolores: ⁊ ſiquis argueret ⁊ diceret: nōne oleū eſt nociuū in apoſtematibus colericis: dicimus ꝙ preparatio iam dicta. ſ. infuſionis cere ⁊ ꝯcuſſiōis cere in aq̄ dulci frigida multotiens: ⁊ poſtea cere cū oleo ſil̄: pōt dictū nocumentū totaliter remouere. Et dico ꝙ quāto frigidior fuerit aq̄: tanto magis hꝫ dictos dolores remouere. Et iaꝫ pluries ꝓbaui hoc cerotū cū eſt recēs in cōbuſtionib⁹ ignis: q̄re ſi ꝯfert in cōbuſtiōe ignis: ſequiť ꝙ longe plus debeat valere in egritudinib⁹ calidis. ⁊ certe ħ expimētū ē iuſtū. Et qꝛ hoc cerotū ſic eſt mitigatiuū vt dcm̄ eſt: ideo ꝯfortādo mēbrū habet oſſa fracta ex vulnere repellere.

Cap. V. Qð ē de īgroſſatōe oſſis ꝑter naturam.

caussis sanitatis ⁊ egritudinis: ⁊ maxime a causis multuꝫ remotis: sicut sunt elemēta: ⁊ filia. Et ab arte medicine experimētali disces cognoscere virtutes pluriū medicinaꝝ: qd est: q: res quā ꝯprehēdimus per viā experimētalē ē pauca valde ꝯparatione eius qd necīuꝫ est nobis in hoc. Sꝫ via artis medicinalis rōcinatia est ad dādū causas reꝝ qs nobis iuenit ars medicinalis experimētalis: ⁊ hec ars ab arte anotomie recipit multas partiū sui subiecti. Et q: artifex artis in qn̄tuꝫ est artifex illius artis nō pōt cognoscere pncipia recepta in illa arte q̄uis sciat illa: nescit eni ea nisi in qn̄tuꝫ est artifex alterius artis: iō opꝫ cū recipe illa pncipia artis sue ab illo loco in quo sunt magl nota. Et maxime pncipia quoꝝ oēs partes sciri nō possunt ꝫ certitudinē sic est experientia medicinaꝝ: Et ideo de parte huius artis dixit. Y. q vita hoīs ē breuis: qn̄ dixit: vita breuis ars vō lōga. Q: pars que est per viā experimētalē nō est in ipsa breuitas: ⁊ ita ē in hoc nostro tpe in plibus membris que apparēt p viaꝫ anotomie: eo q hec ars iam est āmissa. Et debes scire q artifex scie nālis cōicat medico: eo q corp⁹ humanū est vna partiū locoꝝ subiecti nālis. Sꝫ diuersificantur adinuicem in hoc: q: iste ꝯsiderat sanitatē ⁊ egritudinē in qn̄tum sunt entia nālia: ⁊ medicus ꝯsiderat ea in q̄tuꝫ appetit ꝯseruare vnū ⁊ remouere aliud. Et ideo necessariuꝫ est medico postq̄ sciuerit summas que aggregate sunt in hac arte studiū longū: ⁊ postea poterit in ipsa inuenire accn̄tia in materiis que sunt impossibilia scribi. Et medic⁹ qn̄ fuerit sollicitus in opationib⁹ istius artis erūt firmata in ipso pncipia experimentalia p que poterit inuenire in materiis illas summas: sic est in artibus mechanicis ⁊ cogitatiuis. Et Aristo. appropriat hāc artē iter artes mechanicas in virtute. Et ex hoc manifestū est q res dicta i diffinitiōe medicine que est cognitio sanitatis ⁊ egritudinis ⁊ reꝝ pportionataꝝ eis: q nō est diffinitio vera: eo q dimisit in ea drīam p quā cognoscit differre speculationē artificis huius artis a speculatione artificis nālis scie. Et ad hoc nō attendas ei de quo dixerūt q nō est sanitas nec egritudo: qm̄ nō est iter nocumentū opationū sensibiliū ⁊ innocumētū earūdē mediū: nec est variatio nisi ꝫm pl's ⁊ minus: ⁊ non est mediū inter duo contraria ita q sit aliqd illoꝝ in parte absq: parte in qua est aliud nec in tpe absq: tempore in quo est aliud: ⁊ est manifestū ꝫm q dictuꝫ est in scientia speculatiua. Et postq̄ narrauimus intentiones istius artis ⁊ partes suas: ⁊ viaꝫ speculationis in ipsa necesse est nobis loqui super vnāq̄q: partem eius.

Caplꝫ. II. Qd est de anotomia membroꝝ in vlī.

Articule que testificāt sup ea sensus in corpore humano sunt spēs due: vna est membroꝝ consimiliū. Uerbi gr̄a hec diffinitio isti⁹ particule: ⁊ diffinitio totius isti⁹ ē diffinitio vna: sicut sunt ossa caro: ⁊ eo q q̄libet pars carnis de necessitate est caro: quelibet pars ossis est os. Et secunda est mēbroꝝ ꝯpositoꝝ quoꝝ partes non assilantur partibus: sic manus que cōposita est ex carne ⁊ osse musculo ⁊ chorda. Et mēbra simplicia sūt ossa: ⁊ muscli: ⁊ chorde: ⁊ nerui: ⁊ ligamenta: ⁊ caro ⁊ assungia: seu pinguedo: ⁊ cutis ⁊ villi: ⁊ sanguis: ⁊ flegma: ⁊ melāa: ⁊ colera: ⁊ spūs: ⁊ iste ē vapor perceptus in corde ⁊ in cerebro. Et nos incipimus nunc in rememoratione mēbroꝝ ꝯsimiliū seu simpliciuꝫ ⁊ postea in rememoratione cōpositorum.

Caplm. III. Quod est de ossibus capitis.

Ssa capitis absq: dentib⁹ sunt ossa. xxiii. sex quoꝝ appropriata craneo: ⁊ loca in qbus coniungunt ossa in craneo vocata sunt in lingua arabica asoan: ⁊ ossa. ix. in mādibulis supiori bus ⁊ in auribus ⁊ duo in mādibulis iferiori bus: ⁊ vnū qd noiat getber: ⁊ hꝫ ē os qd est sub craneo qd diuidit iter ipꝫ ⁊ supiores mādibulas. Et oīa hec ossa ꝯiūgunt sil ꝯiūctiōe seratili q noiat in arabico derarasi: pter duo ossa iferioris mādibule: q ꝯiungūt ꝯiūctiōe nodatili.

Caplꝫ. IIII. Qd est de dētib⁹ ⁊ oīb⁹ ossib⁹ toti⁹ corporis



Entes sunt in vnaq̄q: mādibula. xvi. q̄ꝝ duo anteriores nominati sunt duales: ⁊ in arabico noiant thomam. Et duo alii ex vtroq: latere superiori ⁊ iferiori noiantur quadruales: ⁊ in arabico rabiathan. Et duo supiores ⁊ iferiores ex vtroq: latere dicunt caniculares. Et qnq: ex vtroq: latere. s. dextro ⁊ sinistro nominātur molares. Sed aliquibus de numero molarium deficit vnus: ⁊ sunt tantuꝫ quattuor: ⁊ radices molariuꝫ superioris mandibule sunt tres ⁊ aliquibus quattuor: ⁊ radices molarium mandibule inferioris sunt due: ⁊ vnaqueq: radix alioꝝ dentiū est cuiuslibꝫ vna. ergo iaꝫ iueniemus q ossa capitis sunt ossa .55. Et coniunguntur in capite apud foramē qd est in ipso in posteriori parte spōdilis colli: ⁊ sunt spōdilia. vii. ⁊ sunt perforata ex vtroq: latere: ⁊ spondilia nuce cōiunguntur cuꝫ ipsis: ⁊ sunt. xvii. ⁊ dicitur de. xii. ipsoꝝ que sunt spondilia anterioris pectoris: eo q ibi finit eorum termin⁹: ⁊ qnq: eoꝝ sunt spondilia noiata in lingua greca adinisos: ⁊ in arabico alkthan. ergo inuentum est q numer⁹ oīum spondiliū craneo a capite vsq: ad os nominatū hagit sunt spondilia. xxiiii. Sꝫ aliq sunt q habēt vnū plus hoc ē. xxv. Et aliqui sunt qui habent vnum minus scilicet. xxiii. Et huic spondili inferiori cōiungit os nominatum hagit: et istud cōpositū ē ex particulis tribus q sunt silia spōdilib⁹: ⁊ in hoc adhuc cōiungit. s. in osse hagit in iferiori pte ipsi⁹ os nominatū cauda. Et ipm cōpositū ē ex trib⁹ peciis siue partibus. Et tertia pars istius ē vera cauda: ⁊ est quasi os cartilaginosum. Et hec oīa spondilia cōiungunt cōiūctōe nodatili pter spondilia duo colli pma: sed spondile pmuꝫ qd cōiungit cū ipso ligat duabus ad adeptiōib⁹ vel additamentis exeūtibus a craneo: ⁊ intrant in duob⁹ foraminibus spondilis pmi. Et cōiūgunt ex vtroq: latere ossis spōdilis hagit ossa duo ex vtroq: latere vnū: ⁊ in ipsis est plāta cosse que in arabico nominat athaluorat: ⁊ ibi pendēt testiculi: ⁊ hec sunt oīa ossa partis posterioris. Sꝫ ossa anteriora vel iteriora ex iferiori parte occipitii sūt ossa duo i arabico noiata charcohatan. Et ossa spatularum: ⁊ ossa pectoris: ⁊ ossa manuū: ⁊ ossa vmbilicalia: q noiata sūt in arabico henina ⁊ ossa pedū. Sed tharthoa ē os gibbosuꝫ exterius ⁊ cōcauū interius: cui⁹ vnuꝫ ex duob⁹ suis capitib⁹ iungit cum humero ⁊ cū capite brachii nomiati hasebt: ⁊ alia extremitas cōiungit in latitudinē vel in altitudineꝫ pectoris in loco foraminis colli: ⁊ ideo q: spatula ē posita supra dorsum est ampla ⁊ in ipsa cōiunctuꝫ ē caput qd est cartilaginosum: ⁊ quāto plus appropinquat charcoe tāto magis rotundat: ⁊ est in ipso cōcauitas qdā in quā subintrat caput brachii noiati asetb. Sed ossa pectoris ꝯposita sunt ex ossibus q̄tuor: ⁊ in extremitatib⁹ iferioribus sunt cartilagines. Ossa vero costarū sunt. xii. in vnoquoq: latere gibbositates quoꝝ longiores sunt medie: ⁊ ex istis sunt .vii. coste quaꝝ extremitas vniuscuiusq: coniungit posterius in spōdilibus nuche: et in anteriori in ossib⁹ pectoris cum capitibus cartilaginosis: ⁊ qnq: istaꝝ nō cōiungunt pectori ⁊ nominant coste posteriores: ⁊ iō quādo pmunt cedunt pressioni: ⁊ in parte iferiori pectoris nō ē aliqd os nisi solū os vmbilicale: qd morat inferius. Ossa man⁹ sūt .xxx. ossa. s. os brachii nominatū aseth: ⁊ istud ē vnū exterius gibbosuꝫ: iterius vō concauū: ⁊ hꝫ caput vnū qd in cōcauitate spatule intrat: et alia extremitas ipsius intrat in marpec: ⁊ habet nisi spondile vnū simile rode qd in arabico nominatur bachar: ⁊ in isto subintrat extremitas ossis noiati in arabico çenad superior. Et ossa çenad sunt duo:

lõgitudo quoꝝ est a marpec vsq; ad os noiatũ rascebt:sed vnũ ipsoꝝ est paruũ ⁊ vocatur çenad superioꝛ: ⁊ aliud est magnũ ⁊ noiat̃ çenad iferior. Et habẽt ista in duabꝰ suis extremitatibus ex parte rascete additões edificatas ⁊ cõpositas ex ipsis ⁊ iter rascebt. ⁊ ipsa est nodus. Et rascebt cõpositũ est ex ossibus octo oꝛdinatis in duobꝰ oꝛdinibꝰ: ⁊ hec ossa sunt foꝛtia absq; medulla: ⁊ sunt curuata curuatura: vt adueniat sue ꝯiunctiõi pulchritudo foꝛme ad foꝛmã rascethoꝝ. Ex q̃ttuoꝛ ex istis ossibus vel istoꝝ ossium ꝯpositũ est çenad manus: ⁊ tales eũ vocant mestal manꝰ: ⁊ ip̃m cõiungit̃ radici rascete ligaturis foꝛtibus. Quinq; aũt digiti manus habẽt ossa. xv. q̃libet digitus. iij. ⁊ noiantur in arabico alsolemiabt: quoꝝ semꝑ vnus. al'. pars vniꝰ ꝯiungitur alterius parti: ⁊ ipsa coniungunt̃ ossibus solabt ꝑ viã ligaturaꝝ foꝛtiũ: ⁊ os ꝑmũ policis ꝯiungit̃ extremitati çenach supioꝛis ligatura ampla ꝯueniẽte motui. Sꝫ ossa pedis sunt ossa. xxix. ꝑncipiũ ipoꝝ est os testiculoꝝ: ⁊ est os exterius gibbosuꝫ iterius concauũ: ⁊ hꝫ extremitatẽ vnã rotundantẽ se in suo ascensu: ⁊ noiat̃ pomũ granatũ testiculoꝝ. Et alia ẽ extremitas iferioꝛis partis que intrat in foꝛamẽ çenad iferioꝛis siue maioꝛis duoꝝ çenatuum cruris. Et duoꝝ ipsoꝝ çenatuuꝫ longitudo est a genu vsq; ad os calcanei: maioꝛ vero ipsoꝝ çenabt iferioꝛ: ⁊ minoꝛ çenabt superioꝛ: ⁊ extremitas duoꝝ çenatuũ tangit simul calcaneũ: ⁊ ibi in pede nascunt̃ noda tria: ⁊ curuatura ossis testiculoꝝ in cossa flectit̃ seu curuat̃ in parte posterioꝛi: ⁊ in curuatura alterius ossis foꝛaminis çenad maioꝛis est ligatura genu: ⁊ supꝛa eadeꝫ ligatura est os circulare ⁊ est rotundũ: ⁊ est in ipsa cartilaginitas ⁊ noiat̃ oculus genu: ⁊ ꝯiungitur in calcaneo iterioꝛi os noiatuꝫ alçochi: ⁊ in iferioꝛi parte est os calcanei: ⁊ in istis duobꝰ ossibꝰ cõiungit̃ rascebt: ⁊ ip̃m est compositũ ex tribus ossibus: ⁊ fabꝛicatũ ⁊ edificatũ est edificatõe sibi ꝯueniẽti: ⁊ postea coniungit̃ huic scibabt pedis: ⁊ ip̃m cõpositũ est q̃nq;. al'. ex duobꝰ ossibus. Et postea sequunt̃ ossa digitoꝝ que nominant̃ somiabt ⁊ sunt vnicuiq; digito. iij. ꝑter pollicem q nõ hꝫ nisi duo ossa. Ergo iuentũ est ꝭm sensuꝫ. Gal'. ꝙ ossa hoĩs vel hoĩum sunt. 348. al'. 248. absq; ossibus paruis q̃ replẽt spacia iuncturaꝝ q̃ noiant̃ in arabico scirsunaia: ⁊ absq; osse epiglotis qð noiat̃ in arabico alaniabt: ⁊ absq; osse cartilaginoso qð dicunt aliqui anotomiçatoꝛes ꝙ est in coꝛde. Et nos nõ abbꝛeuiamus loqui super compositionis foꝛmã istoꝝ ossium partẽ parti: nisi ꝓpter hoc ꝙ ymaginatiua in istis per viam estimationis est bꝛeuis ⁊ parua compositione earum rerum existentiũ in ipsis.

Caplm. V. Quod est de anotomia venarũ pulsatiliũ.

Vene sensibiles sunt duaꝝ spẽꝝ. s. pulsatiles ⁊ nõ pulsatiles. Sꝫ pulsatiles cõposite sunt ex duabus tunicis ꝑter vnã: ⁊ vnaq̃q; est sil'is alteri nisi ꝙ ꝯtextura iterioꝛis tunice tendit in latitudinẽ: ⁊ iste sunt foꝛtioꝛes: ⁊ contextura exterioꝛis tunice tẽdit in lõgitudinẽ. Et iste vene apparẽt ꝑ viã sensus ꝙ exeũt a coꝛde: nisi qꝛ exeũt a ꝯcauitate sinistra: eo ꝙ ꝑꝑ ꝓpinquitatẽ cõcauitatis dextre epati necesse est vt sit studiosuꝫ coꝛ vt attrahat nutrimẽtũ ab eodẽ. s. ab epate. Et ille q̃ exeũt a cõcauitate sinistra sunt arterie due: vna quaꝝ est minoꝛ altera ⁊ hꝫ vnã tunicã tm̃: ⁊ illa est subtilioꝛ. s. maioꝛi arteriaꝝ hñtiũ tunicas duas: ⁊ minoꝛ habẽs vnã tm̃: hꝫ eã tm̃ eo vt sit leuis ⁊ mollis ad extẽdẽdum ⁊ adunãdũ se: ⁊ ad attrahendũ aerẽ: ⁊ ad expellendũ fumũ vaporosuꝫ: ⁊ est amplioꝛ vt adueniat ab ipso ad pulmonẽ sanguis subtilis vaporosus ꝓpinquꝰ digõni ad pficiẽdũ se: eo ꝙ id quod nutrit pulmonẽ ẽ coꝛ: ⁊ qꝛ stat ꝓpe ip̃m fert vel ꝑstat ei caloꝛẽ digestiuũ ⁊ suauem. Et ad hoc magis ꝙ mẽbꝛũ pulsans in ipso est membꝛꝝ leue ⁊ vocat̃ in arabico serint: ⁊ nõ curat̃ vt noceat ei: ⁊ vena ista itrat pulmoneꝫ: ⁊ diuisa est in ipso diuisione iam dicta: ⁊ vocatur arteria tauridi. Sed alia est maioꝛ magnitudinis maioꝛis valde alterius. Et nominatur in lingua arabica. alaboꝛ. Et qñ hec vena ascendit ramificantur ab ipsa duo rami: minoꝛ istoꝝ tendit ad concauitatem dextram duaruꝫ concauitatũ coꝛdis: maioꝛ auteꝫ circulatur circa coꝛ: ⁊ postea subitrat in ipso: ⁊ diuiditur in eodẽ. Et illud qð remanet post ramificatiões istoꝝ duoꝝ ramoꝝ diuidit̃ in partes duas: maioꝛ earũ descendit versus iferioꝛẽ parteꝫ coꝛpoꝛis: ⁊ minoꝛ in supioꝛi coꝛpoꝛis: ⁊ pars que tẽdit in superioꝛi parte coꝛpoꝛis: diuiditur ab eadẽ cũ ascendit in lateribus duobus in ramos tangẽtes mẽbꝛa existẽtia ex opposito eoꝛundẽ: ⁊ qñ exit versus ascellam exit ab eodẽ ramus vnus cũ vena que nõ pulsat tendens vsq; ad manũ in diuisione. al'. ⁊ indicẽ eiusdeꝫ. ꝑma diuiditur ab eodẽ: ⁊ iungunt̃ ab eodẽ rami parui in lacerto exterioꝛi: ⁊ iterioꝛi bꝛachij noiati ascet: ⁊ cũ hoc sunt ꝓfundati ⁊ sepulti. Et qñ iungit̃ ad latus marpech ascẽdit supius modicũ ⁊ eius pulsatio apparet in hoc loco in pluribus coꝛpoꝛibus: ⁊ vadit de subtus ascellã: ⁊ tangit eã donec descẽdit aliq̃tulũ a marpech. Et postea ꝓfundatur ꝓfunditate: ⁊ ramificãtur ab eodẽ rami ad modũ capilloꝝ: ⁊ ipsi coniungunt̃ in lacertis bꝛachij nomiati cahat donec occupent locũ magnuꝫ bꝛachij. Et postea diuidit̃ in duas partes quaꝝ vna tendit ad rascet vadẽs vsq; ad ꝫenach superiꝰ. Et hec ẽ vena q̃ palpat̃ a medicis. Et alia tẽdit adhuc vsq; ad rascet ⁊ vadit vsq; ad ꝫenabt inferiꝰ: ⁊ hec est mĩoꝛ istaꝝ. Et hec diuidit̃ in palma manꝰ: ⁊ aliq̃bus apparẽt pulsationes in supficie palme manꝰ. Et qñ hec particula supioꝛ iungit̃ in loco trãsitꝰ diuidit̃ in duas ꝑtes alias: vna q̃rũ transit venã ꝓfundatã q̃ nominat̃ in arabico gedchg. ⁊ ascendit superius donec itret in craneo: ⁊ ꝯiungunt̃ ab eadẽ in suo itinere rami itrantes in mẽbꝛoꝛũ ꝓfunditatibus existẽtibꝰ ibidem. Et quãdo intrat craneũ diuidit̃ ibi in multas diuisiones: ⁊ tũc edificat̃ ab eisdẽ res nomiata tela q̃ extendit̃ supꝛa cerebꝛũ. Et postq; ẽ diuisa coadunat̃ ⁊ ꝓfundatur: ⁊ tandẽ exeunt ab hac tela vene due equales i magnitudine sicut erant añ diuisionẽ: ⁊ ꝯueniũt ad coꝛpus cerebꝛi ⁊ diuidunt̃ in ipso: sꝫ vna istaꝝ: ⁊ ẽ minoꝛ: ascẽdit supꝛa supficiẽ faciei ⁊ capitis: ⁊ partit̃ suꝑ mẽbꝛa ibi existẽtia: et aliq̃bus apparent pulsatiões in hac ꝑte post aures ⁊ in tẽpoꝛibus. Sed pulsatio apparet ꝓpe istas duas venas: ⁊ ẽ pulsatio ꝑticule q̃ est apud venã ꝓfundatã: ⁊ nomiat̃ hec rama arterie sõni. Sed ꝑticula germinata a coꝛde ad iferioꝛa coꝛpoꝛis tendit. ꝑmo ꝑ viam rectã donec appodiet̃ supꝛa marpech q̃ntum: eo ꝙ locus sue oppositionis est ex opposito loco capitis coꝛdis: ⁊ ibidem existit pulmo absq; appodiatiõe. Demũ equitant supꝛa spõdilia nuche: descẽdendo ad iferioꝛa: ⁊ ramificant̃ rami ab eodẽ a lateribus vtroꝛumq; spõdiliũ dextri ⁊ sinistri ⁊ cõiungunt̃ mẽbꝛis existẽtibus ex opposito eoꝛundẽ. Et ramus ꝑmus q ramificat̃ ab ipso est ramus veniẽs ad pulmoneꝫ. Et post ip̃m veniunt rami veniẽtes ad lacertũ existẽtẽ intus in costis. Et post ip̃m veniunt rami ad dyafragma. Et post veniũt rami ad stõm: epati ⁊ spleni ⁊ mirach: ⁊ itestis: ⁊ renibꝰ: ⁊ vulue ⁊ testiculis ⁊ vesice ⁊ v̄ge. Et exeũt ab ipis rami iungẽtes lacertos exeũtes ex opposito istoꝝ duoꝝ locoꝛũ. Et quãdo veniunt ad terminũ siue ad finẽ spondiliũ diuidũtur in partes duas: ⁊ q̃libet istaꝝ tendit versus vnũ ex pedibus per ramos duos magnos ex ꝑte dextra ⁊ sinistra: ⁊ diuidunt̃ in ipsis diuisiõe venaꝝ: nisi qꝛ ꝓfundant̃: ⁊ eoꝛum pulsatões sunt in lateribus duoꝝ emunctoꝛioꝝ quã in arabico nominãt oꝛbitan. Et in latere calcanei sub duobus ossibus nominatis calcagines: ⁊ supꝛa doꝛsum peduꝫ pꝛope choꝛdam magnam.

Cap. VI. Qð est de anotomia venaꝝ nõ pulsatiliũ.



Ene non pulsatiles sunt vnius tunice preter vnã istaꝝ. Et iuente sunt per viã sensus ꝙ ramificant̃ ab epate: ⁊ id quod germinat ab eis in ꝑmis sunt vene due: vna quaruꝫ est vltra concauitatẽ: ⁊ illa nominatur porta: ⁊ hec est ad trahendũ nutrimentũ epati. Alia est vel exit a gibbositate epatis: ⁊ ista est facta ad deferenduꝫ nutrimentum ⁊ diuidendũ nutrimẽtũ: ⁊ nomiatur cõcaua. Sed porta diuiditur in corpore epatis in quinqꝫ partes ⁊ ramificantur he quinqꝫ partes in ramis paruis: donec iungãtur gibbositati epatis. Et quãdo exeunt ab epate diuiduntur in partes octo: quaruꝫ due illaruꝫ parue sunt: ⁊ vna ipsaruꝫ iungitur intestino nominato duodeno. Et secũda ramificat̃ ad funduꝫ stomaci in portanario. Sed vna ex sex tendit ad superficieꝫ dorsi partis dextre stomaci ad nutriẽdum ipsum. Sed pars ĩterior nutritur inquãtum obuiatur stomacho. Et secũda iungitur spleni ⁊ tandem separatur ab ipsa vena vna a latere sinistro stomaci. Et illud qđ remanet diuiditur in partes duas: vna quaꝝ iungitur medietati superiori stomaci ⁊ spleni ad nutriẽdum ea. Et secunda iungitur gibbositati stomaci: ⁊ ibi diuiditur in partes duas. Una ipsaruꝫ diuiditur a dorso sinistro stomaci: ⁊ secũda profundatur vsqꝫ ad orificium stomaci: eo ꝙ ꝓycit ad orificium stomaci superfluuꝫ siccitatis ⁊ acetositatis melanconice: quoniã studet splen ad expellẽduꝫ ipsum cũ superfluo ad prouocãduꝫ appetitũ stomaci sua titillatione. ¶ Particula vero secũda diuiditur in partes duas vna ipsaruꝫ tendit ad ĩferiora medietatis splenis. Et secũda pars ĩfluit ad mirach ⁊ diuiditur in ipso. Tertia vero ex sex vadit ad latus sinistrũ: ⁊ ad ĩtestinũ rectũ ad hoc vt sugat ab ipso. Et quarta tẽdit ad gibbositatẽ stomaci ⁊ ad mirach. Et quinta tendit ad mesaraicas que sunt circa ĩtestinum nominatum colon. Et sexta q̃si circa ĩtestinũ ieiunuꝫ ⁊ orbuꝫ. Sed cõcaue scilicet vene: radix eius separatur ex se ipsa ad trahendũ nutrimẽtũ a ramis porte. Et post ascendit ab ipsa vena vna magna in gibbositate epatis. Et qñ ascendit ista vena nõ vadit nec elõgatur multum donec diuidatur in duas partes. Et vna istaruꝫ est maior ⁊ tendit ad partes ĩferiores corporis: ⁊ secũda ad superiora corporis: ⁊ hec pars suꝑior tẽdit vsqꝫ dũ iũgatur dyafragmati. Et ibi diuidit̃ in duas venas que diuidunt̃ in dyafragmate: ⁊ post comprimunt dyafragma. Et post compressionem diuiduntur ab eisdem vene minute: et diuiduntur in panniculo diuidente pectus in partes duas ⁊ in panniculo cordis: ⁊ in glandula nominata chota: ⁊ diuiduntur in ipsa. Demuꝫ ramificatur ab ipsa ramus vnus: qui iũgitur in auricula dextra ex auriculis cordis. Et h̃ ramus diuiditur in partes tres: vna quarum ĩtrat in cõcauitatem dextram ꝯcauitatis cordis ⁊ iungitur pulmoni ⁊ habet tunicas duas: ⁊ ob hoc noĩatur vena arterialis: ⁊ hec est maior oĩum aliarum. Et secũda circũdatur circa dorsum cordis ⁊ extẽditur in ipsuꝫ totum. Et tertia cõiungitur in parte ĩferiori pectoris: ⁊ nutrit pectora ibi existẽtia. Et quando trãsit cor tendit per viaꝫ rectaꝫ donec peruenit ad oppositionẽ duoꝝ tharcotan: sic.n. noĩantur in arabico: ⁊ diuidũtur ab ea in hoc suo itinere rami parui ad ambas suarum partiuꝫ: ⁊ exeunt ab eisdem rami ad lacertos existentes ex opposito membroruꝫ ĩterioꝝ. Et quãdo sunt ex opposito aselle: exit ab eis ramus vnus extrĩsecus magnus veniens ad manus ex latere aselle: ⁊ est vena nominata basilica. Et quãdo est in opposito in medio trachee in loco sui itineris diuiditur in partes duas: vna istarum tendit ad partẽ dextraꝫ ⁊ alia ad partem sinistrã. Et quelibꝫ istaꝝ duaꝝ diuiditur in partes duas: ⁊ tandẽ equitat vna ex partibus spatulam ⁊ venit ad manũ ex latere dextro: ⁊ hec est vena nominata cephalica. Et adhuc secũda diuiditur in partes duas in vnoquoqꝫ latere: vna quarum vadit ⁊ profundatur ⁊ ascendit in sua profunditate donec intrat craneum in suo itinere per colluꝫ vsqꝫ quo ĩtrat in cerebrum. Et ramificãtur ab eadem rami parui coniungentes se membris ĩterioribus ꝓpinquis colli. Et hec pars nominatur vena ꝓfundata. Sed secũda tẽdit in superficieꝫ dorsi: donec diuiditur per faciẽ: ⁊ caput: ⁊ oculos: ⁊ per nares seu per nasum. Et hec est vena apparẽs ⁊ ramificatur a vena spatulari: in suo itinere per brachium nominatum ascet: ⁊ diuiditur in nodo marpech. Et post suaꝫ diuisionẽ vena spatularis commiscetur cum parte vene asellaris: ⁊ descendunt: ⁊ tãdem exit ex istis duabus in latere marpech vena: ⁊ est vena media seu cõmunis: ⁊ dicitur in arabico hachal. Et pars secũda ex ꝑte vene spatularis trahit̃ ad dorsum brachy nominati schabat: idest adiutoriuꝫ. Et demum equitat supra çenad superioreꝫ: ⁊ illa nominatur chorda brachy. Et pars vene asellaris que moratur inferius vadit per latus ĩtrinsecus brachy ad cahat donec iũgatur capiti çenad suꝑiori: ⁊ est aliquid rami vene existentis ĩter digitum minorem ⁊ ãnulareꝫ: ⁊ nominatur halarcia. Sed pars tendẽs ad ĩferiora corporis equitat spõdilibus nuche. Et postea descẽdit ĩferius ⁊ ramificãtur in primis ab ipsa rami venientes ad ligaturas renum: ⁊ nominatur ĩ arabico lasint alcolieth: ⁊ eorũ villis ⁊ corporibus ꝓpinquis eis. Et postea ramificantur ab eisdem rami magni duo ĩtrantes in concauitatibus renuꝫ. Et postea rami duo tendẽtes ad testiculos. Et demũ ramificant̃ ab ipsis in latere vniuscuiusqꝫ spondilis vene due tendẽtes duobus lateribus: ⁊ iungunt̃ membris ĩterioribus propĩquis ei sicut vulue ⁊ vesice: ⁊ etiam illis existentibus extrinsecus: sicut mirach: ventris: ⁊ lumbis. Et quando iungit̃ ad finem spondilium diuiditur ad partes duas. Una ipsarũ tendit ad pedem dextrum: ⁊ alia tendit ad sinistrum. Et tandem ramificantur ab eis rami iungẽtes lacertis testiculorum. Et aliqui istorũ sunt profundi ⁊ aliqui sunt apparentes. Et quãdo iungunt̃ genu diuidunt̃ in partes tres. Una partiũ vadit in medio ⁊ iungit̃ ramis q̃ sunt in vnoquoqꝫ lacerto cruris interioris: ⁊ exterioris. Et alia pars in parte interiori cruris donec apparet prope calcaneũ: et illa est nominata saphena. Et pars secũda vadit vltra apparitioneꝫ cruris: ⁊ illa profundat̃ ad latus exterioris calcanei. Et illa est scia qua .s. nominatur sciatica. Et ramificantur ab vnoquoqꝫ istoꝝ quãdo iungunt̃ pedi rami diuisi in pede. Et rami qui sunt pedis ex parte digiti mioris ⁊ annularis sunt ex ramis sciatice. Et rami polliciuꝫ sunt ex saphena: ⁊ nominant̃ in arabico alscasen.

¶ Caplm. VII. Quod est de anotomia neruorum.



Apita istorum corporũ videntur coniungi in cerebro vel in nucha: ideo imaginat̃ seu extimatur ꝙ omnia ista exeant ab eis. Et videt̃ ꝙ caput nuche cõiungatur post in posteriori parte cerebri: ⁊ pellicula ipsius resistit nocumento illius ⁊ durat vsqꝫ ad os nominatũ hasceth .s. cauda. Et ideo imaginatur seu extimatur ꝙ ipsa oriatur a cerebro. Et iunguntur in nucha in latere vniuscuiusqꝫ spondilis in vnaquaqꝫ parte duo nerui vnus eoꝝ vadit in partem dextrã: ⁊ alter in sinistrã donec iungantur in fine hasceт. Et coniungitur in fundo ipsius caput vnũ vnius nerui: ⁊ sic coniunguntur in cerebro paria septem capitũ neruorum. ¶ Par primũ sunt nerui duo ⁊ apparent quasi oriãtur vel exeant a cerebro: prope ex opposito duaꝝ carũcularum similium capitibus mamillaruꝫ in quibus fit odoratus: ⁊ ipsi coniunguntur in oculis. Et isti duo nerui sunt concaui: ⁊ quando elongantur a cerebro tunc coniunguntur. Et foramen vniuscuiusqꝫ istorum tangit foramen alterius: eo vt spiritus aduenientes duabus pupillis oculo-

rū associentur ꝛ vt sit duobus oculis fons vna: ꝛ vt quasi orirētur prope pupillas oculoꝝ ad hoc vt appodientur in ipsis: ꝛ diuiduntur donec sunt intus in cerebro. Et demuz exeunt ꝛ tendunt vnūquodq; illoꝝ ad oculuz existentez in latere sui. Demuz coadunatur in humiditate vitrea vt deferat oculo sensum visus. Et par secūdum videtur ac si natus fuisset post natiuitatez paris p̄mi. Et ipse tendit ex eo versus partem dextram ꝛ exit a craneo supra foramen anterioris cellule secunde. Demum miscetur cuz pari q̄rto existente post ipsum: ꝛ postea separatur ab eodez. Et diuiditur in quattuor partes vna istaruz exit ab ītroitu nerui nominati schabachi ꝛ descendit ad ventrem sub dyafragmate. Et secūda exit ex foramine ossis existētis in sodat ꝛ tāgit partes quinti. Et tertiū exit ex foramine a quo exit par secunduz. Et diuiditur in partes tres siue ramos. Ramus vnus ex istis tendit ad locuz existentez in extremitate oculi nominatū in arabico mach. ꝛ postea ad timpora ꝛ supercilia ꝛ frontem ꝛ palbebras. Et secundus trāsit foramen existens prope caudaz oculi: ꝛ ille est locus nominatus in arabico barbachi: ꝛ iungitur vsq; ad ventrez nasi. Et tertius. s. ramus descendit in ꝯcauitate barbachi prope os subtile. Et tandem ramificatur in ramos duos. Unus tendit ad dentes ꝛ alter ad cutim timpule ꝛ ad extremitatē nasi ꝛ superioris laby. Et q̄rta scilicet pars exit a foramīe existēte in mādibula superiori ad linguā ꝛ trāsmittitur in cutem ipsius ꝓprie ad danduz sibi sensūz suū. s. saporē suuz. Et residuum ipsius diuiditur in radicibus dentiuz īferioruz: ꝛ gingiuis ꝛ in labio. Et natiuitas paris quarti est post natiuitatem terty paris. Et diuiditur in palato ad danduz ei sensuz appropriatum sibi ꝛ est sapor. Et par quintū duplicatur ꝛ exit ab ipso par vnū ad aures ad danduz eis audituz: ꝛ ipsuz nascitur a parte posteriori cerebri. ꝛ par nerui mādibule exit a foramīe nominato orobo: ꝛ in isto neruo est odoratus. Et paris sexti extremitas vadit ad gulaz ꝛ ad linguā. Et extremitas alia vadit ad lacertuz existētem versus spatulaz ꝛ circa ipsam: ꝛ eius extremitas descēdit in colluz: ꝛ ramificant̄ ab ipsa in suo itinere rami coniungētes se aliq̄bus lacertis epigloti. Et q̄n deriuantur pectori diuiduntur adhuc ibidez. Et tandem redeunt adhuc extremitates sue ad superiora donec iungantur lacerto epigloti. Et diuiduntur alique ipsoꝝ extremitates in dyafragmate ꝓpe cor ꝛ pulmonē ꝛ meri: ꝛ partibus existentibus circa ista. Et residuū istaꝝ: ꝛ maior ps ipsaꝝ vadit donec cōprimant dyafragma. Et cōiungunt̄ in orificio stomaci maior pars ipsaꝝ. Et residuum coniungitur pellicule epatis ꝛ splenis ꝛ residuitatibus intestinorum. Et coniunguntur ipsi ibi alique partes paris terty: ꝛ ipsum. s. par oritur a posteriori parte cerebri: ꝛ cōiungitur quinto. Demum diuiditur ab ipso: ꝛ exit a loco suture nominate in arabico aldaroallami. Et par septimuz īcipit a posteriori parte cerebri a loco natiuitatis nuche ꝛ diuiditur in lacerto lingue epigloti. Et videtur sensibiliter quasi vt exeant seu nascantur paria ex nucha. xxxi. neruoruz. Et vnus. s. neru⁹ ē absq; socio sibi opposito. Et paria octo ipsoꝝ exierunt ītus ex spondilibus colli. Et duodecim paria ex spondilibus nuce ad locum oppositionis dorsi in directo pectoris. Et paria quinque ex spondilibus nominatis alchacam. Et ista sunt in inferiori parte dorsi. Et paria tria ex osse aggez. Et tria ex osse asse. s. caude. Et alterū nō hn̄s oppositū exit ex medietate extremitatis ossis noīati assez. s. caude. Et par p̄mū exit ex foramine iuncture p̄me iuncturarum colli. Et ascendit vsq; quo diuidatur in lacertis capitis. ¶ Et scd̄z par exit ex foramine existēte in iunctura p̄ma ꝛ secūda. Et tandez separatur in duas partes. Et iungitur extremitas ipsius in cutiz capitis. Et extremitas alia in lacertis colli ꝛ in lacertis spatule. Et tertiuz par ipsius exit ex foramine existente inter iuncturaz secundā ꝛ tertiā. Et diuiditur in partes duas. Una tendit ad lacertos existentes in dorso. Et alia vadit versus partem anteriorem. Et diuiditur in lacerto posito ex opposito ipsius ꝛ in existente supra ipsum. ¶ Et quartuz exit inter iuncturā tertiaz ꝛ quartaz. Et diuiditur in partes tres. Una quarū tendit ad dyafragma: ꝛ alia ad extremitatē lacerti existentē in capite ꝛ in ceruice: ꝛ extremitas alia ad extremitatē lacerti spatule. Et quintū oritur inter spondile quartū ꝛ septimū. Et sextuz oritur inter spondile quintuz ꝛ sextuz. Et septimū inter spondile sextū ꝛ septimū. Et octauū inter spondile septimū ꝛ octauū ꝛ ibi est finis nodoꝝ colli. Et nerui descendentes ab istis omnes sunt diuisi in partibus quaruz ipsaruz partiuz vna vadit ad lacertos pectoris ꝛ ceruicis: partes alie vadunt ad lacertos dorsi ꝛ dyafragmatis: preter paris octaui cuius aliq̄d non tendit dyafragmati: ꝛ relique partes tendunt ad hasech ꝛ brachio ꝛ spatule. Sed paris sexti quedaz pars tendit ad lacertum spatule ꝛ pars alia ad hascech. ¶ Et septimi pars vadit ad lacertum existentem in hasech. Et alia pars diuiditur in cutiz residui hascech. Et aliquid octaui paris trāsmittitur in cutim brachy. Et extremitas sui tendit ad lacertum brachy. Et par nonū exit inter spōdile octauuz ꝛ nonuz. Et illud est p̄ncipiū spōdiliū dorsi. Et diuidit̄ vna suaruz extremitatum in lacerto existente intus in costis. Et alia extremitas in lacerto dorsi. Et alia extremitas descēdit ad spatulā ꝛ extendit̄ in ipsam. Et par decimuz exit inter spondilem nonū ꝛ decimuz. Et pars vna ipsius vadit ad cutim hascech. Et residuū diuiditur: ꝛ pars vna ipsius tendit versus faciem: ꝛ diuiditur in lacerto existēte in costis: ꝛ in lacerto inuestito supra pectus. ¶ Et alia diuidit̄ in lacerto dorsi ꝛ spatule: ꝛ per hanc viaz est exitus neruorum ꝛ diuisio ipsorum. s. par vnum inter iuncturas duas vsq; ad complementū duodecimi paris donec exeant ad par complens viginti paria ex corpore spondilis que sunt decem ꝛ nouem. Et postea exeūt paria ex alchatini ex corpore totius ceruicis par vnū vsq; ad complementū q̄nq; parium: ꝛ partes ipsorum tendunt ad anteriora: ꝛ diuiduntur in lacerto existente supra ventrem: ꝛ alique diuiduntur in lacerto existente supra lumbos: ꝛ miscentur in partibus tribus existentibus supra ipsum nerui descendētes a cerebro: ꝛ a paribus duobus existentibus sub istis trib⁹ descendunt ab ipsis rami magni ad crus donec descēdāt extremitatez pedis. ¶ Et demum oriūtur paria tria ab osse haggez ex vnoquoq; foramine par vnuz p̄ncipiuz eorum est a spondili vigesimoquinto. Et demuz exeunt paria tria ex osse caude nominatū in Arabico hascech. Et solus absq; socio: generatio ipsius prima est inter os tertiuz ossis aggez. Et os p̄muz ossis hasceth. s. caude: quod est os caude. Et post ꝺm istū ordinē inter duo spondilia par vnū vsq; ad finem triū parium. Et solus oritur ex fine caude: ꝛ etiaz ista sex paria. Par p̄muz miscetur cuz parib⁹ venientibus ad crura. Et residuū ipsoꝝ diuiditur in lacertis ani ꝛ veretri: ꝛ vesice: ꝛ vulue: ꝛ pelliculis ventris. Et in partibus venientibus ab osse vmbilicali: ꝛ a lacertis venientibus vel orientibus ab osse haggez.



¶ Caplz. VIII. Quod est de ligamentis.

T ligamēta q̄ sunt nomīata in lingua Arabica rebathat: eius corpus est vel eoꝝ mediuz inter corp⁹ ossis ꝛ corp⁹ musculi: ꝛ eoꝝ ortus est inter extremitates nodositatū ossiuz.



¶ Caplm. IX. Quod est de chordis.

Horde q̄ nominant̄ in arabico bauthar: sunt medie inter ligamenta ꝛ neruos. Et eaꝝ ort⁹ seu natiuitas est ex neruo veniente ad lacertum: ꝛ a ligamento orto ab osse.

¶ Caplm. X. Quod est de carne.

Carnis tres sunt species: vna ē caro mixta cuꝫ neruo ⁊ chorda ⁊ illa nominatˀ lacertus siue musculus: ⁊ illa est maior pars carnis totius corporis: ⁊ hec ero memoratus in caplo mē broꝝ officialiuꝫ. ¶ Secūda species est spēs carnis pure: ⁊ in hac sunt multa ligamēta: ⁊ hec est minor species corporis. ¶ Tertia species est carnis glandulose: ⁊ caro pura est illa que est in capite mēbri .s. veretri: ⁊ illa que est in loco occulto dorsi: ⁊ ex illa est caro existens iter dentes. Sꝫ caro nominata glādulosa ē caro testiculoꝝ ⁊ mām̄illaꝝ: ⁊ ex illa est ēt in radice lingue: ⁊ ex illa est caro exn̄s in subascellis ⁊ in duobꝰ emūctorijs noīatis in arabico orbitaꝫ: ⁊ que est post aures ⁊ in collo: ⁊ istius speciei est caro que est īter intestina ⁊ neruos.

¶ Caplm. XI. Quod est de villis.

Sed de villis ero memoratus cum ero rememoratus membra composita existētia ītus in corpore: eo quia ille est locus cōueniēs rememorationis ipsoꝝ ibi.

¶ Caplm. XII. Quod est de humoribus.

Et humores apparentes in corpore humano sūt quattuor: scilicet sanguis: flegma colera ⁊ melancolia.

¶ Caplꝫ. XIII. Qđ ē de simplicibꝰ mēbris.

Et simplicia membra sunt: cutis: vngues ⁊ capilli ⁊ hoc est manifestum.

¶ Caplm. XIIII. Quod est de spir itu.

Spiritus duo sunt .s. spiritus apparens in corde ⁊ spiritus apparens in cerebro: sꝫ spiritus in ēpe non apparet ꝑ viaꝫ sensus. Et hec sunt verba dicta supra simplicia membra q̄ sufficiētia esse videntur in hoc loco: ⁊ q volūt amplius addere addāt. Et nūc redibo ad loquēdū supra officialia membra: ⁊ īcipiaꝫ a mēbro simpliciori oīum ipsoꝝ: ⁊ istud est lacertus siue musculus.

¶ Caplm XV. Quod est de lacerto.

Lacertus est corpus cōpositū ex carne rubea: ⁊ ligamētis: ⁊ neruo ascendētibus supra ipm: Et ipse est īduēs ossa ligatus ligaturis nascētibus ab ossibus: ⁊ istud est quādo neruus cōiungitur supreme extremitati ipsius lacerti. Tandeꝫ diuiditur in partes: ⁊ miscetur exiture carnis lacertus: ⁊ germinat in osse posito sub lacerto ligaturā: ⁊ miscetur cuꝫ neruo ⁊ carne: ⁊ demum ex omnibus istis exit corpus vnuꝫ nominatuꝫ lacertus. Et quādo partes nerui veniunt ad extremitatē inferiorem lacerti: tunc adunate sunt partes nerui ad partes ligamentoꝝ solum absq3 alia ammixtiōe carnis: ⁊ tandē exit ab istis corpus nominatū chorda: ⁊ h chorda tendit donec iungatur extremitati īferiori illius membri. Et omnes lacerti ſm intentionē Gal. existentes in corpus sunt. 529. Et dictuꝫ est ꝙ hec corpora variantur in forma in quātitate: ⁊ in compositiōe: ⁊ quādo virtus ab istis germinatˀ: chorde in forma compositionis ipsoꝝ: tādē variantˀ in q̄ntitate: qm̄ aliqui sūt magni ⁊ aliq parui. Magnꝰ ē sicˀ lacertus positus supra coxā ⁊ paruus est sicˀ lacertus positus supra oculuꝫ. Et variatio ipsorum est in forma ꝙ tales sunt ex lacertis quoꝝ caro ipsorum nō miscetur cū neruo: ⁊ variatio ipsoꝝ est in chordis oriētibus ab ipsis: quoniā tales ex ipsis sūt ꝙ chorda oritur ex duobus lacertis: ⁊ tales sunt a quibꝰ ambobus ab vnoquoq3 eoꝝ oriūtur chorde. 2. vel. 3. ⁊ hoc est ſm ꝙ conuenit eis. Sed variationes ipsoruꝫ ex parte oppositionis ipsoꝝ sunt ꝙ aliqui ipsoꝝ oppositio sua est in directo mēbri ⁊ aliqui non. Et si debemus loqui in vnoquoq3 lacerto lacertoꝝ hoc: verba essent ꝓlixa valde: nec essent huic arti multū necessaria: hoc est ad medicinandū ꝑ cibos ⁊ medicias. Sꝫ cirugicis .i. oꝑantibus cū ferro magnū eēt iuuamentū. Et dico adhuc ꝙ post terminationē istaꝝ reꝝ paruū lucrū cōsequeremur. Et ego narrabo de neruis qn̄ ero locutus iuuamentū ipsoꝝ in libro sanitatis.

¶ Caplm. XVI. Quod est de forma capitis.

Forma capitis naturalis est rotunda habens aliquā planiciē in vtroq3 latere: ac si ymaginatus fueris formaꝫ cereaꝫ rotundā esse cōpressam in vtroq3 latere. Habens intrinsecus cōcauitates cōiungētes se adinuiceꝫ: ⁊ nominātur cellule cerebri: ⁊ sunt due existentes in parte anteriori cerebri ⁊ vna in medio: ⁊ alia in posteriori parte: ⁊ ꝓpe cōiunctionē istaꝝ cellularū .s. partis vnius cū altera: sunt corpora formata formis talibus vt sint ꝯuenientes in aliquo tēpore ad claudendū vel ad aperiendū. Et īsunt cerebro due additiōes germinate a duabus cellulis anterioribus similibus duobus capitibus mamillaruꝫ deriuantes vsq3 ad os nominatū colatoriū: ⁊ istud est os ꝑforatū foraminibus multis: sed nō per viā rectā sed obliquā: ⁊ locus istius in craneo est locus cui coniungitur extremitas nasi. Et ex pāniculis duobus cerebri vnus ex istis est fortis ⁊ grossus: ⁊ alius est subtilis. Subtilis cōiunctus est cerebro ⁊ noīatus est capitis secūdina vel secunda: ⁊ assimilatur secūdine: eo ꝙ in ipso sunt nerui ⁊ vene: ex qbꝰ nutritˀ cerebꝝ: ⁊ ipse ꝯtinuatˀ cerebro ī aliqbꝰ locis. Et pāniculus grossus ꝯiungitˀ craneo: ⁊ etiā cerebro cōiungitˀ in aliqbꝰ locis. Et hic pāniculus fortis perforatus existit foraminibus multis in locis duobus. Unus locꝰ est in latere foraminis extremitatis nasi: ⁊ nominatus est colatoriuꝫ: ⁊ alter est prope osse existente in palato. Et istud similiter est perforatū ⁊ sub cerebro. Et sub panniculo grosso est retis q̄ in arabico noīatˀ alagema q̄ ē ex arterijs ascendētibꝰ caput. Sꝫ nuche spōdilia ipsaꝫ coopiunt sicut os cranei cooperit cerebꝝ: ⁊ ipsa circūdatˀ a duabꝰ pelliculis exeūtibꝰ a duobꝰ pāniculis cerebri: ⁊ ex ipsa oritˀ neruꝰ q ei ꝯiungitˀ.

¶ Caplm. XVII. Quod est de forma oculorum.

Forma oculi composita est ex septē tunicis et tribus hūoribꝰ. Prima ipsaꝝ ē q̄ ꝓpe craneū moratˀ: ⁊ est tunica pannosa: ⁊ eiꝰ ortus est ex pāniculo grosso existente in cerebro: ⁊ noīatˀ tunica fortis: ⁊ in arabico noīata est aluocha alsalba. Et post ipsaꝫ versus partē exteriorē est altera tunica pānosa. Et eiꝰ ortus ē ex panniculo subtili existēte in cerebro. Et noīatur secunda vel secūdina: ⁊ arabice almissima. Et post istaꝫ ē tunica retina: ⁊ ortus eius ē ex anima musculi exeuntis a cerebro: ⁊ ē cōcauus. Et post istā in medio istius pāniculi ē corpꝰ vnū molle ⁊ hūiduꝫ noīatū humor vitreus: ⁊ in arabico alçegia. Et in medio istiꝰ corporis ē corpus vnū spericū habens aliquā latitudinē similē grandini in claritate ⁊ albedine: ⁊ hec hūiditas nomīatur grandinosa: ⁊ ē corpus ꝓfundatū in hūiditate vitrea vsq3 ad medietatē. Et post aliaꝫ medietatē existentem versus partē exteriorē .s. acris ab hūiditate grandinosa ē vnū corpus simile tele aranee: ⁊ illud ē in vltimo claritatis ⁊ tersionis: ⁊ noīatur tela aranea: ⁊ in arabico haantebuthia. Et post istaꝫ versus ꝑtē exterioreꝫ existit hūiditas vna similis albugini oui: ⁊ noīatur humor albugineus: ⁊ ascēdit supra istā hūiditatē versus partē exteriorē corpus vnum subtile asperū: noīatū in arabico maciuaru: versus albuginē ex parte exteriori. Et color eius variatˀ in corporibꝰ: eo ꝙ alicui ē valde nigrum: ⁊ alicui minus: ⁊ alicui ē coloris calcedonij. Et in medio versus grādinosaꝫ ē foramē vnū qđ qn̄q3 dilatatur ⁊ quādoq3 ꝯstringitˀ: vice vna post aliā: ſm ꝙ cōuenit humiditati grandinose quādo ē habēs lucē: quoniā ꝯstringitˀ in magna luce: ⁊ dilatatur in parua.

Ex media forme noiatur oculi pupilla: ⁊ h̃ tunica nominat̃ tunica pupillina. Et post istam ē coopertura vna corporis vnius grossi. ⁊ fortis: ⁊ clari. s. coloris celestis: simile celo: scm̃ ad modū cornu albi: ⁊ noiata ē tunica cornea: ⁊ color eius existit ad modū eius tunice q̃ existit sub ea. Et ascendit supra istud corpus vnū valde albū noiatū coniunctiua: preter ꝙ nō cooperit locū nigredinis oculi: ⁊ istud nominat̃ albedo oculi. Et eius ortus est ex pellicula q̃ ē versus os exterioris cranei. Et ortus cornee ē ex tunica forti: ⁊ ortus vue est ex secūdina: ⁊ ortus aranee ē ex retina.

¶ Capl'z. XVIII. Quod est de forma nasi.



Orma nasi sunt due vie diuidentes se in partes duas. Una carū deriuat̃ ad extremitatez oris ⁊ alia ascēdit desup donec iungat̃ ossi simili colatori qd̃ ꝯpositū est versus duas adeptiões anterioris partis cerebri sil'iuz capitibus mamillarum: ⁊ iste vie circūdantur ex vna pellicula grossa orta ex pellicula oris.

¶ Capl'm. XIX. Quod est de forma auris.



Ia auris est in osse petroso: ⁊ ideo noiant̃ in lingua arabica agari: ⁊ in ipso sunt vie obliq̃ multe ⁊ tēdunt tal'r p viā tortā donec iungātur musculo qnto orto a cerebro a q̊ orit̃ pellicula extēsa supra os petrosuz. Sz corp⁹ cartilaginosuz exñs exterius ē auricula noiatū: ⁊ istd̃ ē manifestū.

¶ Capl'z. XX. Qd̃ est de forma lingue.



Lingua est caro mollis ⁊ alba: inuoluta venis multis ⁊ paruis in qbus est sanguis: ⁊ sunt vene in ipsa ⁊ arterie ⁊ musculi ī q̃ztitate maiori vltra quo vt sue magnitudini videt̃ ꝯuenire ⁊ ipsa cooperit̃ pellicula oris. Et sub ista duo existunt orificia iungentia vsq̃ ad carnem glandulosam ipsius que est posita sub radice ipsius.

¶ Capl'm. XXI. Quod ē de extremitate oris.



Extremitas oris tēdit vsq̃ ad istas vias. vna ex pte añriori: ⁊ illa noiatur cāna pulmonis. Et alia posita ē post ipaz ex parte ceruicis supra spondilia colli: ⁊ hec noiat̃ meri. Et p istā trāsit cib⁹ ⁊ pot⁹. Sz p viam cāne pulmonis trāseūt spūs ⁊ itrāt ⁊ exeūt p viā hanelit⁹: ⁊ positū ē supra viā istā cooptoriū vnū ad coopiendū ipsaz in hora deglutiēdi vt aliqd nō possit subintrare de eo qd̃ deglutit̃: q2 si aliqd subitrat icōtinēti ꝓuocat̃ tussis. Et iā ꝑparatū ē in hoc loco instr̃m vnū in quo est uox v̾sus orificiū cāne pulmonis: ⁊ istud instr̃m ē mēbꝝ noiatū epiglotū: ⁊ in arabico haugera: ⁊ ipz ē ꝯpositū ex tribus cartilaginib⁹ ꝯpōne pulcra ꝯueniēti eē vocis: iō vt sit edificata ⁊ fabricata ex istis trib⁹ cartilaginib⁹ çāpogna vna vel fistula sil'is çampogne fistule. s. ⁊ flaiboli. Et in cōcauitate isti⁹ çampogne est corpus simile lingue fistule: ⁊ in istis locis sunt lacerta multa vel secreta multa.

¶ Capl'm. XXII. Quod ē de anotomia totius vētris.



Scias ꝙ cōcauitas toti⁹ vētris exñtis sub osse trachee vsq̃ ad os lumbi diuisa ē in duas magnas ptes: vna ē supius cooperiēs pulmonez ⁊ cor: ⁊ secūda ē iferius cooperiēs stōm: ⁊ itestina: ⁊ epar: ⁊ spen: ⁊ fel: ⁊ renes: ⁊ vuluā: ⁊ vesicā. Et diuidūt̃ iste due ꝯcauitates mēbro vno nomiato dyafragma: ⁊ istud dyafragma icipit a capite pectoris tendēs p diametrū iferi⁹ ad vnūqdq̃ duoꝝ lateꝝ donec deriuet̃. xy. spōdili nuche: ⁊ istud ē diuidēs iter supiora ⁊ iferiora. Demū ꝯcauitas supior diuidit̃ in partes duas: ⁊ ille ptes diuidunt̃ vno medio qd̃ trāsit p mediū illaꝝ partiuz donec iungat̃ spondilib⁹ nuche. Et hec concauitas supior tota noiatur pectus: ⁊ terminus ipsius est a superiori parte duoꝝ trache vsq̃ ad dyafragma qd̃ diuidit supiora ab inferioribus: ⁊ hec est forma pectoris.

¶ Cap. XXIII. Qd̃ ē de anotomia pulmōis ⁊ cāne eius.

Canna pulmōis icipit ab extremitate oris sic̃ diximus: ⁊ qñ descēdit sub tracha diuidit̃ i. ij. ptes. ⁊ q̃libz ps ipaꝝ diuidit̃ i pl'ib⁹ ptib⁹: ⁊ circa ipsas edificata ⁊ fabricata ē caro pl'mōis: ⁊ iteꝝ edificata ē ex oib⁹ istis cānis diuisis: ⁊ venis exñtib⁹ sb ipis caro pl'mōis: ⁊ caro edificata ⁊ fabricata circa ipas ē corp⁹ pl'mōis: medietas v̾o pl'mōis ē i cōcauitate dex̃: ⁊ medietas alia i ꝯcauitate sinistra. Et cāna. s. ipsi⁹ pl'mōis ꝑpata ē ⁊ ꝯposita ex cartilaginib⁹ i forma annuloꝝ: sz nō sūt ānuli ꝯpleti: eo ꝙ i q̃ztitate ptis tertie ānuloꝝ ipoꝝ extremitates sue ꝯiūgūt̃ eis pellic'le vni al'. pellic'la vna tendēs p viā rectā: ⁊ ꝯiūgūt̃ isti ānuli sil' vill' ⁊ ligatur] mĺt]. Sz isti ānuli ꝓpe sūt duri ⁊ cartilagiosi: ⁊ gibbositates istoꝝ ānuloꝝ st̃ v̾sus ptē exteriorē corpis: ⁊ pñt palpitari manib⁹. s. pellic'la ꝯiūgēs ānulos p viā rectā. Sz loc⁹ rect⁹ ipoꝝ ꝯiūct⁹ ē meri. Et h̃ ē ac si ymagiat⁹ fueris i corde tuo fistulā vnā vni⁹ cāne: ⁊. iij. ps icisa sit i lōgitudinē ⁊ ptes. ij. itegre remaneāt ⁊ ps. iij. icisa i lōgitudie ꝯiūcta sit glutie cū carta vna cū āabab⁹ extremitatib⁹ linea recta siue perpendiculari: ⁊ tandem intelliges cānaz pulmonis per viam conuenientē ⁊ rectam.

¶ Cpa. XXIIII. Qd̃ ē de anotomia cordis ⁊ forma ei⁹.



Forma cordis ē rotunda ad modū pinee q̃ in arabico noiat̃ femiara: sed ē transuersa eo ꝙ acuitas cordis existit versus iferiora corpis: ⁊ radix v̾sus supiorē ptē corpis. Et hz pelliculaz vnā grossaz circūdantē ipz: sz nō ꝯiungit̃ tota v̾sus radicē. ¶ Et positū ē i medio pectoris: sz caput ei⁹. s. acuitas tēdit magis ad ptē sinistram. Et arteria magna orit̃ ex ista pte. s. sinistra: ⁊ iō appet pulsus maior i ista pte: ⁊ pp h̃ imaginant̃ aliq ꝙ cor sit positū i ista pte. Et hz cor ꝯcauitates duas magnas: vnā ex pte dextra: aliam ex pte sinistra: ⁊ v̾sus radicē suā ē res vna sil'is cartilagini: et ipsa ē q̃si fundamētū toti⁹ cordis: ⁊ a ꝯcauitate dextra ad sinistrā sunt vie: ⁊ in cōcauitate dextra sunt orificia duo. Unū ipsoꝝ ē orificiū vene ꝯiuncte epati q̃ orit̃ ab cpe ꝭm .H. ⁊ a corde ꝭm Aris. Et supra istud orificiuz sūt pellicule tres aperiētes se seu dilatātes in hora itroit⁹ sanguis i ipz: ⁊ demū claudit̃ clausione ꝯueniēti. Et orificiū z^m ē orificiū vene ꝯiungēs se ex ista ꝯcauitate in pulmonē: ⁊ ē vena vna q̃ nō pulsat eo ꝙ tunice ipsi⁹ sūt grosse ad sil'itudinez arterie: ⁊ istd̃ orificiū hz pelliculas aperiētes se ex̃ ⁊ nō. al'. nūc it⁹ ex aduerso pelliculaꝝ alteri⁹ orificij. Et i ꝯcauitate ptis sinistre sunt duo orificia: vnū ē orificiū arterie magne: ⁊ hz pelliculas tres apiētes se itrisec⁹ v̾sus ptē exteriorez. Et z^m ē orificiū arterie ꝯiūgētis se in pulmōe: ⁊ supra istud orificiū ē pellicula vna aperiēs se itus ⁊ extra. Et hz cor additiōes duas sil'es aurib⁹: vna ex parte dxtra existit ⁊ altera in sinistra. Et pulmo ē volatizans supra cor: ⁊ cor habet texturas multas variantes se in oppositione.



¶ Cap. XXV. Qd̃ ē de forma stōi ⁊ meri.

Iam diximus ꝙ i extremitate oris sūt vie due: vna ē via aie. s. aeris ad pl'monē: ⁊ ꝭa ē via cibi ⁊ pot⁹ p meri: ⁊ hoc vocat̃ meri: ⁊ istd̃ ꝯpositū ē ex duab⁹ tunicis: vna ē extrisec⁹ ⁊ ē carnosa: ⁊ textura ipsi⁹ tēdit i latitudinē. Et alia ē itrisec⁹ ⁊ ē neruosa. al'. musculosa: ⁊ textura ipsi⁹ tēdit in lōgitudinē: ⁊ aliqd ipsi⁹ tēdit p diametrū: ⁊ ipz positū ē i posteriori pte supra spōdilia colli: ⁊ ipz elōgat̃ ⁊ descēdit iferi⁹ dōec transeat dyafragma ⁊ ligatū ē spōdilib⁹ ⁊ villis ipm ligātib⁹. Et qñ trāsit dyafragma dilatat̃: ⁊ fit ex ipso stōac⁹ ⁊ tēdit aliq̃ztuluz v̾sus ptē sinistrā. Et iō dr̃ ꝙ caput stōi gescit in parte sinistra: ⁊ fundū in pte dextra: imagia ergo in corde tuo cucurbitā vnā rotundā habētē collū longū: ⁊ cū ipsa

ligat̄ collū aliō: ꝛ sic itelligēs formā stō̄i ꝛ meri: nisi ꝙ stomachus existit a latere versus dorsuꝫ aliquātuluꝫ lōgus ꝛ vnū ex duobus capitibus ipsius stomachi superius est meri: ꝛ inferius ē pncipiuꝫ intestinoꝝ: ꝛ noīatur portanariū: ꝛ in arabico albeb: ꝛ ipse .s. stomach⁹ ē ligat⁹ spōdilib⁹ ꝛ etiā cū aliqbus intestinoꝝ fortib⁹ ligaturis sustinētibus ipsuꝫ. Et corpus stomachi cōpositū ē ex trib⁹ tunicis: textura vnius tēdit in lōgitudinē: ꝛ alia vadit ꝑ dyametrū: ꝛ illa est itrinsecus: ꝛ est illa tunica idest neruosa. al'. musculosa: ꝛ exterior ē carnosa: ꝛ textura ipsi⁹ tēdit i latitudinē.

¶ Cap. XXVI. Quod est de forma intestinoruꝫ.

Intestina cōposita sunt ex duabus tunicis: ꝛ habent texturaꝫ tendētē in latitudineꝫ soluꝫ ꝛ sup tunicā interioreꝫ adest viscositas noīata in arabico lasuen. inuestita ex ipsa inuiscatiōe siue viscositate a nā. Et oīa itestina sunt sex: tria minuta: ꝛ sūt supiora: ꝛ tria grossa ꝛ sūt iferiora. ꝛ pncipiū minutoꝝ est itestinū coiūctū fundo stomachi nominatū duodenū. Et post ipsuꝫ ē intestinū noīatū ieiunū ꝛ ista duo sūt erecta in lōgitudine corporis: ꝛ orificia istoruꝫ cōiungūtur in epate plus alijs intestinis: ꝛ post ieiunū est intestinū nominatū gracile: ꝛ ipsuꝫ reuoluit̄ reuolutionibus pluribus. Et latitudo istoꝝ triū intestinoꝝ est ad modū vl' ad quātitatē latitudinis portanarij. Et post ista est intestinū noīatuꝫ orbuꝫ: ꝛ istud intestinū ē latuꝫ nō habens trāsituꝫ nec iter: sed simile ē fisculo vel marsupio: ꝛ qꝛ nō habet nisi vnū os: ideo per ipsuꝫ intrat ꝛ exit qcqd intrat ꝛ exit: ꝛ ipm ē in parte dextra positū: ꝛ post istud est intestinū noīatuꝫ colon: ꝛ incipit a parte dextra tendēs ꝑ latitudinē ventris ad partē sinistrā. Et post istud ē intestinum rectū: ꝛ istud intestinuꝫ rectū habet cōcauitatē amplam in qua coadunātur feces: sicut vrina in vesica coadunatur: ꝛ sup orificiuꝫ istius ē lacertus vrine.

¶ Cap. XXVII. Quod ē de forma epatis.

Epar posituꝫ ē in latere dextro costarū superioruꝫ ex costis superiorib⁹: ꝛ forma ipsius ē forma lune: ꝛ ē habēs cōcauitatē in parte lateris stomachi ꝛ additamēta: ꝛ aliqbus isunt quattuor: ꝛ aliquib⁹ qnqꝫ: ꝛ ipsuꝫ ē cooperiēs supra latus dextrū stomachuꝫ: ꝛ gibbositas ipsius ē versus dyafragma: ꝛ ē ligatū ligamētis cōiungētib⁹ se pellicule existēti supra ipsuꝫ: ꝛ orit̄ a ꝯcauitate ipsius epatis canale vnū noīatū ianua epatis: ꝛ forma ipsi⁹ ē forma vene: nisi qꝛ ē nō habēs sanguinē: ꝛ illud canale ē diuisuꝫ in partes: ꝛ ille partes sūt partes multe in quātitate multa: ꝛ veniūt ex ipsis .s. partib⁹ ptes multe ad fūdū stomachi ꝛ ad intestinū noīatū duodenū: ꝛ multe etiā ptes ad itestinuꝫ veniūt ieiunū: ꝛ demū ad residuū alioꝝ itestinoꝝ donec iungant̄ intestino recto. Et istud canale qꝺ ē in porta epatis diuidit̄ etiā in partib⁹ interiorib⁹ ipsi⁹ epatis ad ptes minutas .s. ad venas capillares silēs capillis. Et a parte gibbositatis epatis appet vena vna magna a qua oēs vene totius corpis volāt siue exeūt: sicut diximus in anotomia venarū: ꝛ radix ipsi⁹ vene diuidit̄ ab epate ad ptes minutas silēs capillis: ꝛ obuiatur in ptes diuisas a canali noīato porta: ꝛ nutrimētū chimosū itrat in epate per suā ianuā: ꝛ in illis venis decoq̄t̄ donec redeat ad sanguinē: ꝛ demū exit ꝑ illā venā magnā exn̄tē in sua gibbositate.

¶ Cap. XXVIII. Qꝺ est de forma splenis.

Forma splenis est lōga: ꝛ positū est in parte sinistra ligatuꝫ ligamētis cōiungentibus pellicule existentibus supra ipsuꝫ: ꝛ est cōtinuatū stomacho ex vna parte: ꝛ ex alia parte costis posterioribus: ꝛ oriunt̄ ab ipso conducta duo vnum ex ipsis cōiungitur ori stomachi ꝛ aliud coniungit̄ in epate versus concauitatem.

¶ Cap. XXIX. Qꝺ est de forma fellis.

Fel positū est in epate: ꝛ habet vias duas: vna coniungitur in concauitate epatis: ꝛ alia ramificatur ꝛ coniungitur inferioribus intestinis ꝛ in fundo stomachi.

¶ Cap. XXX. Qꝺ est de forma ꝛ anotomia renum.

Duo renes positi sūt in latere duoꝝ laterū spōdiliū nuce ꝓpe epar ꝛ ren dexter ē in altiori loco rene sinistro: ꝛ vnūquodqꝫ hꝫ colla duo: vnū ipsoꝝ ꝯiūgit̄ in vena magna ascēdēte a gibbositate epatis: ꝛ aliud descēdit inferius donec cōiungat̄ in vesica cōiunctione mirabili: ꝛ iste due vie .s. ista duo colla nominant̄ in arabico alalbin.

Cap. XXXI. Qꝺ est de forma vesice.

Locus vesice ē iter anū ꝛ vmbilicū: q loc⁹ est noīat⁹ in arabico ana: ꝛ ꝯposita ē ex duab⁹ tunicis: ꝛ in orificio sui ē lacert⁹ vn⁹: ꝛ vrina venit a renib⁹ ad ipsaꝫ ꝑ vias noīatas albalbin: ꝛ iste due vie tēdūt ꝑ dyametrū: ꝛ vadūt etiā ꝑ longū donec trāseāt infra in vesicā: ꝛ orit̄ ab ipsis corp⁹ vnū simile pellicule que aperit vesicam ꝛ claudit eā ex parte renū: ꝛ istud ē sine dubio vt aliqd nō redeat de vrina ad renes.

Cap. XXXII. Qꝺ est de anotomia mirac ꝛ zirbi.

Mirach qꝺ ēt i arabico noīat̄ mirach hꝫ sub lacerto exn̄te i vestito sub vētre pelliculā vnā: ꝛ ē plana: ꝛ post istā ē cooptoriū: ꝛ post sunt intestina: ꝛ iuuamētū isti⁹ pellicule est ad obuiandū ne itestina sit̄ ꝯmisceātur: sic fit i egritudine i arabico noīata sachot. ꝛ iuuamētū cooptorij ē ad calefaciēdū itestia: ꝛ de istis ero locut⁹ largi⁹ i lib. sanitat̄.

¶ Cap. XXXIII. Qꝺ ē de anotōia veretri ꝛ testiculoꝝ.

Oritur ex osse vmbilicali corp⁹ neruosuꝫ musculosuꝫ amplū: ꝛ multaꝝ cōcauitatuꝫ: ꝛ sunt sub ipso arterie multe ꝛ late vltra eo ꝙ cōueniret sue magnitudini: ꝛ istud corp⁹ ē veretrū ꝛ oriunt̄ a pellicula vie due noīate in arabico albarbachi: ꝛ demū ramificat̄ ꝛ gn̄at̄ ex ipsis pellicula .s. bursa testiculoꝝ ꝛ ēt testiculi: ꝛ veniūt a latere iteriori ex pte venaꝝ inferioꝝ rami habentes inuolutiōes ꝛ ligamēta multa: ꝛ circundant̄ carne glandulosa alba: ꝛ habēt testiculi vias duas venientes ab ipsis ad veretruꝫ.

¶ Caplm. XXXIIII. Qꝺ ē de anotomia mamillaꝝ.

Postq̄ narrauimus iuuamentum membrorũ motuum voluntariorum est narrandum de hanelitu ⁊ membris suis. Ideo quia Gal. ponit ipsum motum voluntariũ: ⁊ quia videtur ꝙ cerebrum operatur in hunc motum credit ꝙ motus voluntarius sit in eo: ⁊ sil'r credidit ꝙ esset in neruo: ⁊ credidit falsum: ideo qꝛ iam probatum est ꝙ hoc ꝯuenit esse in membro mobili per se: ⁊ ꝓpterea egritudo a qua ꝯuenit lesio in motu est pͥmo ⁊ per se in musculo: ⁊ per modũ colligantie in cerebro ⁊ neruo. ¶ Quare medicus debet curare lesionẽ istius motus itendendo pͥmo ad musculum: ⁊ secundario ad cerebrum ⁊ ad neruum. ¶ Instrumẽta hanelitus sunt dyafragma: pulmo: cãna: trachea: arteria: epiglotis: ⁊ vuula. Et priusq̄ nos tractemus de iuuamento vniuscuiusq̄ istorum membrorum: est tractandum de iuuamento istius operationis: hoc est de hanelitu. Et dicimus qđ mẽdici sicut Hali. ⁊ alij visi sunt dicere qđ hanelitus ē ꝓpter duo iuuamenta: vnum ad ventillandum calorem naturalẽ cordis per attractionẽ aeris frigidi ⁊ expulsionem vaporis qui resoluitur a calore naturali qui est corpus fumosum qui non est conueniens eidem pro certo istud iuuamentum est vnum ⁊ necessarium animalibus calidis sanguineis. Sed illis que non sunt calida nec sanguinea non est necessaria hec operatio: sed sufficit eis motus arteriarum qui venit a corde: ⁊ hoc reputo sicut hanelitum. ¶ Sed aliud iuuamentũ quod dicunt esse est vt det nutrimentũ virtuti itrinsece ex aere qui recipitur restaurando ex spũ tantum quantum resolutũ est: hoc est falsum. qꝛ impossibile est compositum nutriri ex simplici: quoniã si ita esset iam inueniretur animal esse simplex ex vno solo elemẽto: ⁊ Ga. negat hoc: ⁊ propterea dicit ꝙ aqua non nutrit: ⁊ ꝓpterea dico ꝙ primũ verax est. ¶ Sed cui ex virtutibus anime debeat attribui hanelitus: hoc est perscrutandum: qꝛ Gal. dicit ꝙ debet attribui virtutĩ voluntarie: ⁊ dicit hoc quia a nostra voluntate est vt hanelemus ⁊ non hanelemus. Et etiã dicit ꝙ ꝓprium instrumentum huius virtutis est neruus: ⁊ dicit ꝙ si incideret neruus qui mouet dyafragma: homo non viueret nisi tantũ quantũ viueret strangulatus. ¶ Sed alij dicunt qđ stat virtuti sicut motus pulsus. Et potest questionari dictum Gal. duabus rationibus. Una: quia tu vides ꝙ hanelamus quando dormimus. ergo non est voluntarius: quia operatio voluntaria non fit nisi cogitatione ⁊ voluntate sicut dictum est. Alia quia videmus ꝙ hanelitus qui fit improuise similatur motui pulsuum: ita ꝙ Hyppocrates ponit ipm pluries loco pulsuũ .s. tempore quo non egrotant membra hanelitus: ⁊ dicit ꝙ denunciat complexionem cordis sicut denunciat pulsus: excepto ꝙ nõ sit egritudo in instrĩs hanelitus. ¶ Et alij sapiẽtes volũt ꝙ sit cõpositus duabus virtutibus. vz. volũtaria ⁊ non voluntaria: hoc est nãli ⁊ aĩali: ⁊ hoc iuenitur in motu plurium mẽbrorum sic in motu palpebre oculi ⁊ in motu deglutitiõis: qꝛ manifestũ est ꝙ ambe virtutes iste sunt composite: ⁊ ideo quando debilitantur iste due virtutes cadit defectus in operatione deglutiendi sicut accidit quãdo cadit virtus appetitus. Et mihi videtur ꝙ opinio postrema sit veratior: hoc est ꝙ hec operatio sit composita: vel possibile esset dicere ꝙ fortior esset õpinio illius qui dicit eam esse naturalem: qꝛ plures hanelitus quos facimus tempore sanitatis ⁊ egritudinis fiunt sine intentione: quare ponuntur ad denunciandum complexionem cordis: ⁊ etiam suspiria proyciunt̃ absq̄ intentione: ⁊ etiã quando magna necessitas hanelandi incumbit desistere non possumus: sicut accidit in tussi ⁊ similibus. ¶ Et natura non inuenit hanc virtutẽ actione voluntaria nisi propter necessitatem superuenientem: quando non sufficit virtus naturalis ad exigentiam cordis. ¶ Sed ꝓbatio qua probat. Ga. affirmando ꝙ hec virtus penitus est voluntaria: est priuatio istarum virtutũ quando est incisus neruus: ⁊ dicit probando postq̄ est incisus neruus est incisum instrumentum motus voluntarij: ⁊ inciso neruo cessat motus voluntarius. ergo est in neruo. Et iste sillogismus est falsus in pͥncipijs ⁊ corruptus in figura: qꝛ quando remouetur. al'. tenetur vnum predicatũ rei que data est a subiecto non debet semper remoueri predicatum ab illa a qua est remotum subiectum: ⁊ qui opinabuntur hoc tenent̃ credere cum contradictione oppositi antecedẽtis in tota materia contradictionem oppositi consequentis: et ideo hec verba non sunt digna vt hic audiantur. Et iste est vnus modus in quo est manifestum. qꝛ non habuit veram radicem in logica. quia si per remotionem nerui remouetur aliquis motus. illud non est ex necessitate: vt quando neruus est vt sit ille motus vt dicatur ꝙ neruus sit propria causa in hoc motu. Et iam nisi sunt homines percussi super venas ⁊ neruos dormitarios qui vadunt ad cerebrum: ⁊ tunc in eis priuate sunt omnes operationes voluntarie ⁊ propterea hoc nomine nuncupantur: ⁊ dicit Rasis ꝙ quãdo rex indie volebat iterficere nobiles interficiebat eos per hũc modum. Et vis tu dicere propter hoc ꝙ omnes motus voluntarij sunt fixi in his duobus. ¶ Item que res est illa q̄ iubet hanc operationem in neruo nisi vna ex rebus propter quã completur hec operatio: ⁊ quãdo illa lesa est: tũc necessario lesa est illa operatio: quãuis non sit propria causa in hoc: qꝛ corrumpitur propria operatio propter corruptionem virtutis transmisse illuc. ¶ Et de necessitate nõ est propter hanc priuationẽ voluntarij motus ꝙ quilibet motus qui est in neruo qui ingreditur suam essentiam sit positus substantialiter voluntarius ⁊ per accidẽs accidit ei vt sit ⁊ ille volũtarius. ¶ Et quomodo poterit negare hoc: qꝛ iam concedit ꝙ motus palpebrarum fit per musculos

sicut notuȝ est p se: ⁊ cū h toto nō est volūtarius. Et si vellet dicere ꝙ sit totus voluntarius: adhuc nihil hic lucrat̄ eo ꝙ est in musculo nō in neruo. ¶ Et postq̄ declaratuȝ est ꝙ iuuamentuȝ sit in hanelitu: ⁊ que sit eius virtus necesse est narrare iuuamētū ꝓpriū vniuscuiusq; mēbri propry huic opationi. ¶ Et dicimus ꝙ mēbrū qḋ manifestū dat iuuamētū in hac opatione est pulmo: sic videmus ꝙ quādo dilatat̄ attrahit aerē itus ⁊ quādo ꝯstrigit̄ expellit foras. Et nō est dubiū q꞉ illud est ꝓpriū instr̄m in opatiōe illa. ¶ Sȝ qḋ necesse est speculari subtilr̄ in hoc est illud vtruȝ ille motus cū quo fit ispiratio ⁊ respiratio sequatur motū pectoris: nec p se hȝ aliquē motuȝ an sit motus pectoris in hanelitu: inde cōtinuū semꝑ cū motu pulmonis vt sit eius adiutor. ¶ Sȝ Ga. dicit ꝙ pulmo nullū hȝ propriū motū in se: ⁊ ꝙ motus illius seq̄tur motuȝ pectoris: ⁊ ꝙ motus hanelitus qui seq̄tur motuȝ nālem: fit p rē musculosam magnā que dr̄ dyafragma qḋ separat inferiora membra a superioribus: ⁊ dicit ꝙ magis ꝓpria res iuuamēti istius mēbri est hec operatio: q꞉ nos videmus ꝙ incōtinenti cū pectus dilatatur replet̄ pulmo aere: sicut videmus in follibus fabroꝝ. Et testificat̄ sup hoc ꝙ qn̄ vulnus factuȝ fuerit ibi: ⁊ itret aer pectus: tunc cessat motus pulmonis ⁊ moritur. Et posset esse ꝙ cessatio motus pulmonis qn̄ vulneratū est pectus est ꝓpterea q꞉ ifrigidatur pulmo. Et in tēporibus Aristo. nō cognoscebat̄ aliud iuuamentū huius mēbri nisi ꝓpter separationē membroꝝ pn̄cipaliū a nutritiuis ad hoc vt nō accideret tempore digestionis eis aliud ex calore illo. Et nō debeat iputari Arist. h in defectū: q꞉ istud qḋ apprehendit̄ per anotomiā est sicut res que apprehenditur numero motuuȝ circuloꝝ: nec illa erat plene scīa cōpleta tēpore Aristo. Et si tēpore Gal. erat ars medicie plene cōpleta: tn̄ dicit Ga. nō est ipossibile post me venire qui iuenit in arte medicie qḋ per me nō est iuentū. Et ꝓpterea in maiori parte reꝝ de q̄bus opinā tur hoīes ꝙ Gal. contradicat Aristo. nō est vera contradictio: sȝ sicut additiones ⁊ cōplemēta: q꞉ nullus repit al'. nō deperit Arist. de eo qḋ dicit in iuuamēto dyafragmatis ⁊ motu neruoꝝ: s̄m ꝙ dicit in tractatib⁹ vl̄ibus de esse motus ⁊ sensus ⁊ iuuamentis cordis ⁊ cerebri: ⁊ silr̄ hic est sic dicendū: ⁊ nō est dicendū ꝙ illud qḋ dicit Ga. in reb⁹ particularibus cōtradicat in vl̄ibus Aristo. Et mō volumus reuerti ad illud a quo separati sum⁹: ⁊ dicimus ꝙ illud qḋ diximus ex sn̄ia Ga. ꝙ motus pulmonis seq̄tur motuȝ pectoris: ⁊ hoc idiget speculatione: q꞉ Ga. nō verificat hoc nisi ꝓpterea q꞉ videt ꝙ cessante motu pectoris cessat mot⁹ pulmonis: ⁊ tunc moritur aīal. Et ego dico ꝙ non est hoc ita absolute dicēdū ꝙ motus pectoris sit cā pn̄cipalis motus pulmonis: q꞉ poīe est vt q̄libet istoꝝ. i. pulmo ⁊ pect⁹ hēat hunc motū ex se: sed habeant vnaȝ ꝓprietateȝ ꝯiunctionis: ꝓpter quā nullus eoꝝ mouet̄ sine alio: ⁊ ꝓpterea cū cessat motus vnius cessat motus alterius: ⁊ nō est quilibet eoꝝ cā motus alterius. Et si nos poneremus ꝙ qn̄ pulmo nō mouetur hoc motu: tūc cessaret motus pectori sicut dicit Ga. essemus arbitrati per hoc s̄m eū ꝙ pulmo esset id qḋ moueret pectus dicēdo ꝙ si nō moueret̄ ꝙ nō moueretur pect⁹ nō diceremus. Ecce hic videtur ꝙ Gal. perdiderit in opione sua ꝙ nō est impossibile esse motuȝ pectoris ⁊ pulmonis vt moueat̄ silr̄ sic in globo vno: vt si vnū nō moueret̄ ꝙ aliud non moueret: q̄uis vnus nō sit motor alterius s̄m modū qui dictus est. Itē nō est impossibile supueniente pectori mala cōplexione per incisionē nerui que ei aduenit ꝙ illa malitia nō penetret ad pulmonē p illā colligantiā. q꞉ vna reꝝ ex qua egrotāt mēbra est colligātia: ⁊ Ga. hoc cōcedit. Etiā per hāc candē viā debemus dicere ꝙ motus pectoris adiuuet motū pulmonis: ⁊ maxime qn̄ idiget forti anhelitu. Et melior via quā eligere possum⁹ in fine nostre ꝓpōnis ē hec: q̄ [illegible] qḋ ledit̄ cū cessat ispiratio ⁊ respiratio ē cor sic manifestū ē: ⁊ si cor ē illud qḋ recipit hāc lesionē pp̄ hāc cessationē ⁊ nō soluȝ lesionē sȝ ⁊ mortē. ḡ de nc̄itate ē illud mēbꝝ in q̄ est pn̄cipiū istius iuuamēti. Et motus pulmonis s̄m Ga. erat violentus vel p violētiā p viā q̄ mouent̄ corpora artificialia. Et nobis est dicendū ꝙ illud pn̄cipiū mot⁹ ē in ipso p viā q̄ est in corporib⁹ nālib⁹. Et adhuc ꝙ cōplet̄ hic mot⁹ per duos mot⁹. vȝ. nālē ⁊ volūtariū. Ergo meli⁹ qḋ dicere possumus ex his ē vt sint sic duo pm̄i mobiles. s. ꝙ musculus sit pm⁹ in motu volūtario ⁊ cor ⁊ pulmo pm̄i in motu nāli. Et Ga. tenuit ī hoc tractatu viā quā in alys regulis suis q̄ putat vt iste sit mot⁹ volūtari⁹: ⁊ putat ꝙ nō sit volūtarius nisi p neruū ⁊ nō apparȝ p anotomiā vt neru⁹ veniat ad pulmonē p quē possit sentire ⁊ maxie p quē possit mouere: ⁊ pt eē ꝙ nr̄a pn̄a nō sūt sufficiētia veniēdi ad veritatē pluriū haꝝ ingsitionū: sȝ tn̄ ꝯueniēs ē vt loq̄mur ḋ his s̄m aptitudinē h⁹ tp̄is: q꞉ nō ē ipossibile vt cadant hec v̄ba p q̄ possumus certificare de veritate haꝝ reꝝ tp̄e futuro: cū ad pn̄s spaciū nō habeamus. Et nō fuerūt ordiate partes duplices plm̄ōis nisi ꝓpter h vt si supueniret vni parti mala dispositio vt alia staret in iuuamēto loco ipsi⁹: sic contingit in vulnerib⁹ que laniant vnā cameraȝ pectoris q꞉ stat pars pulmonis q̄ est in camera non vulnerata loco iuuamenti anhelitus: sed quando vulnerant̄ ambe tunc statim morit̄ patiēs. ¶ Et iuuamētuȝ cāne pulmonis est ꝓpter ispirationē ⁊ respirationē: ⁊ cū hoc hȝ iuuamētū vocis. Et ꝓpter hoc fuit positū in extremitate h⁹ mēbri vnū qḋ hȝ possibilitateȝ generādi vocē: ⁊ assimilat̄ vni pue lingue. Et misse sunt eidem a musculo res q̄ dant ei diuersas dispōnes vt possit gn̄are diuersas voces. Et hoc iuuamentuȝ est tantū pp̄ bene esse: ⁊ nō ꝓpter necessitatē: ꝓpterea ꝙ vox nō est necessaria in esse nr̄o. Et in maiori pte facit nā hoc q꞉ facit in vno membro duo iuuamēta aut tria qn̄ dȝ esse hoc sicut videm⁹ in narib⁹: q꞉ sunt ordinate ad odorandū: ⁊ ad hoc vt sint ꝓpter mundificationē superfluitatum cerebri: ⁊ in vna parte seruit v̄tuti expulsiue: ⁊ in alia parte seruit v̄tuti sensibili. ¶ Et ēt iuuamentū vuule est vt defendat ne puluis aut fumus: aut silēs res nociue veniāt ad guttur. ¶ Et cū hoc defendit ne aer frid⁹ igrediatur ad mēbra anhelit⁹: ⁊ iō qn̄ multuȝ incidit̄ ab ea fortificat̄ frigiditas ad pectus ⁊ pulmonē: ⁊ apparet vt habeat inuentionē in esse vocis. Et testificat̄ nobis ꝙ epiglotis ē instrumētū qḋ appropat̄ voci: qḋ est q꞉ cū sufflamus fortiter in camerā vel cannaȝ pulmonis alicui⁹ aīalis egredit̄ vox extra ex ea q̄ assimilat̄ voci illius aīalis. Et fuit positum sup hūc meatū cooperimentū vnū ad defendendū a rebus q̄ vadunt ad ysofagū ne igrediat̄ in ip̄m: q꞉ moriretur homo. Et propterea quando intrat aliquid etiaȝ modice quantitatis āmouet tussiȝ. Ista sunt que sunt possibilia dici de iuuamento hanelitus.

¶ Capl'ȝ. XX. Qḋ ē de iuuamētis cerebri ⁊ ptiū eius.



Et virtutes cerebri. s. imaginatiua ⁊ cogitatiua ⁊ reminiscibilis ⁊ ꝯseruatiua q̄uis nō sint mēbra vel instr̄a ipsa tn̄ habēt ꝓpria loca in cerebro in q̄bus manifestant̄ opatiōes earū: ⁊ ꝓpterea de eis dōm est. Et dicim⁹ ꝙ virt⁹ imaginatiua stat in prora cerebri: ⁊ illa est q̄ retinet figurā rei postq̄ separata est a sensu cōi. Sed cogitatiua pl's manifestat̄ in media camera: ⁊ per hāc v̄tutē cogitat: homo ī rebus q̄bus pertinet cogitatio ⁊ electio quousq; apprehēderit ꝙ cōuenienti⁹ est. Propterea nō inuenit̄ h v̄tus nisi in hoīe: ⁊ aīali bruto cōcessa fuit extimatiua loco isti⁹. Et locus v̄tutis reminiscibilis ⁊ ꝯseruatiue est pupis siue ps posterior capitis. Et iter cōseruatiuā ⁊ reminiscibilē nō ē dr̄ia nisi q꞉ cōseruatiua est cōseruatio cōtinua ⁊ reminisci

bilis est ↄseruatio itercepta. Et drña q̄ est iter cōseruatiuā ⁊ reminiscibilē ⁊ ymagiatiuā ē q᷑ ymaginatiua pstat alys formā rei sensate postq̄ꝫ puata est a sensibus: q̄re nō ē sensus. Et vtus ↄseruatiua ⁊ reminiscibilis nō sunt nisi ad cōseruādū aut ad faciēdū reuerti apprehensionē illius figure. Et ex hoc apparet q̄ sunt magis spirituales q̄ꝫ ymaginatiua. Et nō est tradēdū obliuioni q᷑ q̄ꝫuis camere cerebri sint mēbra in q̄bus ↄplent̄ opationes istaꝝ virtutū: tñ īueniunt̄ eaꝝ radices in corde: ⁊ q̄ illa loca non sunt illis nisi sicͭ instrumēta in q̄bꝰ manifestant̄ eoꝝ opationes. Et sicͭ vtus visibilis dr̄ eē in hūore cristallino: q̄ꝫuis sit in corde vel in cerebro: sic iste vtutes ⁊ iuuamētū istoꝝ locoꝝ ē ad tēperādū eas f̄m modū q̄ dictus est iuuamēto cerebri ad alias apprehēsiōes. Et hoc declarabit̄ p viā qua declaratū est illud: hoc est q̄ virtutes iste nō laborāt nisi cū calore ītrinseco: ⁊ calor ītrinsecus nō aduenit eis nisi cū calore mensurato. g̈ vtus datiua ⁊ mēsuratiua de neč̄itate est in corde. g̈ radix istaꝝ virtutū ē cor. Itē q᷑ opatio ymaginatiue nō ē nisi in signū qđ remāsit ex sensatis ī sensu cōi sicͭ declaratū est in libro de aīa. Et ibi declaratū est q̄ locus ⁊ radix habitatiōis sensus cōis ē cor. g̈ h̄itationis locꝰ vtutis ymaginatiue ē in corde necessario. Et iteꝝ q᷑ ymaginatio ē q̄ mouet aīal: mediāte vtute motiua voluntaria: manifestū ē q̄ motiua volūtaria est in corde. g̈ ymaginatiua est in corde. Et in loco in quo est ymaginatiua de necessitate ē cogitatiua: q᷑ cogitatio nō ē nisi ↄpositio reꝝ ymaginataꝝ ⁊ dissolʹo earuꝫ. Et in loco in quo cogitatiua de necessitate est: est reminiscibilis ⁊ ↄseruatiua: pp̄terea q᷑ pp ipsaꝫ sunt iuēte. Et nō est neč̄ium in videndo egritudines istaꝝ virtutū: ⁊ in egritudinibus istaꝝ cameraꝝ cerebri: vt iudicet̄ pp̄ter h̄ q̄ iste vtutes sint solū in cerebro: sicut nō ē dicēdū in vidēdo vtutē visibileꝫ egrā qñ egrotat humor cristallinus q̄ vtus visibilis nō sit pncipalr̄ nisi in cristallino. Et tu vides iteꝝ q᷑ egrotant iste vtutes apprehensiue pp̄ter egritudinē dyafragmatis: ⁊ nō fuit aliq̄s q̄ crederet q̄ iste virtutes apprehensiue eēnt in dyafragmate: pp̄terea q᷑ nō fuerūt ordinate iste camere cerebri nisi pp istas vtutes. Et fuit ordinata eaꝝ ↄpʹlo ad faciēdū illđ qđ ↄuenit istis vtutibus. ⁊ pp̄terea ista vtus nō manifestatur p̄mo nisi in duabꝰ cameris p̄pe ⁊ ab ea vadūt ad duas cameras q̄ sunt in pte posteriori p meatuꝫ q̄ ē iter vtrasq̄ꝫ ⁊ sunt posita corpa ī illo meatu q̄ apiunt̄ qñ neč̄e ē vt aperiant̄ ad ītradū calorē ītrīsecū in illas: ⁊ postmodū clauditur in illis sicͭ dcm̄ ē in libro anotomie. Et q᷑ cerebꝝ ē mēbrū humidū liq̄dū: iō ad custodiā ipsiꝰ posituꝫ fuit os cranei ⁊ pāniculi circūdātes ipꝫ sicͭ posite sunt coste pectoris ad ↄseruationē cordis. Et positū fuit h̄ rotundū: eo q̄ hec forma est melioris dispōnis aliaꝝ oīum formaꝝ: ⁊ maioris capacitatis aliaꝝ: ⁊ q᷑ a nocumētis remotior oībꝰ alys existit. Et fuit positū cerebꝝ in altiori loco corporis ī aīalibus perfectis pp̄ter sensus qui sunt in eo: pp̄terea q̄ sensus f̄m q̄ dicit Ga. sunt custodia corporuꝫ. Et rationis est vt custodes sint in locis altis.

Caplm. XXI. Quod est de somno.

Tiā declarauimꝰ iuuamētū vniuscuiusq̄ꝫ mēbri f̄ꝫ q̄ sufficiēs nobis vr̄: ⁊ restat vt declaremus aliq̄s opatōes q̄ ↄseruāt sanitatē. Et icipiemꝰ ab opatiōe dormiēdi: ⁊ faciemꝰ te scire q̄d sit dormire: ⁊ in q̄ mēbro fiat hec opatio ⁊ q̄ sit eius cā: eo q̄ est vna ex rebꝰ neč̄arys in eē aīaliū dormiētiū. Et hō est vnū ex his: ⁊ pp̄terea puatio hꝰ opatiōis ē vna ex rebꝰ q̄ facit pdere vitā. ⁊ qñ ↄpleuerimꝰ narrationē istius vtutis cū modico eiꝰ qđ seq̄tur ad hoc: tūc erit cōpleta ista particula: ⁊ icipiemꝰ loq̄ in alia particula de egritudinibus ⁊ causis eaꝝ ⁊ accñtibꝰ ipsaꝝ si deo placuerit. Et dicimꝰ q̄ dormire ē ligamētū ⁊ q̄es sensuuꝫ ⁊ reuersio ipoꝝ ab instr̄is eoꝝ ad ptē ītrīsecā corpis. Et iste res p se note sūt: ⁊ pp̄terea trāseūt res sensate sup dormiētes ⁊ nō sentiūt eas ⁊ ēt videmꝰ dormiētē ocľos h̄ñtē aptos ⁊ ñ videbit ⁊ si eēt vtꝰ visibilis ī suo istr̄o tūc videret. Et nō solū accidit h̄ ī hora dormiendi. Sꝫ ēt accidit h̄ qñ hō subtilr̄ sollicitatꝰ ē circa aliđ: tūc ēt trāseūt sup ipꝫ mľtā sensata ⁊ nō sentit ea. Et postq̄ꝫ dormire nō ē nisi reuocatio sensuuꝫ ad ptes interiores corpis: ⁊ ē ipoʹe sensibꝰ vt moueant̄ in motu vniuersitatͥ corpis sine corpe vno q̄ staret loco eiꝰ p̄prie mãe: ⁊ ē manifestū q̄ istud corpꝰ ē calor nālis q̄ dormire neč̄io fit p caloris nālis reuersionē ad ptes ītrīsecas corpis. Et testificabit̄ sup h̄ q̄ ptes exteriores corpis refrigerant̄ cū hō dormit. Et ēt opatio digōnis ē fortior cū hō dormit: eo q̄ calor nālis cū quo operat̄ nā in vigilādo in exterioribus vt det sensum ⁊ motū reuertitur dormiēdo ad ptes ītrīsecas corporis. Et postq̄ꝫ trāsmissio caloris nālis mēbris nō fit nisi a corde sicͭ dcm̄ est supius: g̈ reuersio ipsiꝰ tp̄e dormitōis nō fit nisi ad cor: pp̄terea q᷑ a loco vñ īcipit motꝰ ad eūdē reuertit̄ sicͭ est in dño: q᷑ ab eo res habent initiuꝫ ⁊ ad ipm̄ reuertunt̄. Et postq̄ꝫ declaratum est q̄ somnꝰ est q̄es sensuū ⁊ cessatio suaꝝ operationū propter reuersionē caloris nālis q̄ est eoꝝ subꝫ ad cor. ēt sciēdū est q̄ sit cā istiꝰ reuersiōis: pp̄terea q᷑ hec res stat loco forme dormitiōis ⁊ loco vltime digestiōis. Et dicimus q̄ dilatatio caloris nālis in ptibꝰ extremis nō est nisi pp̄ter augmentū q̄ātitatis eiꝰ: ⁊ nō fit pp̄ter augmētū q̄litatis nisi pp̄ter augmētū q̄ātitatis q̄ est in eo. Sed cōstrictio sua est diminutio q̄ātitatis. Et h̄ fit necessario domināntibꝰ sup ipm̄ frigiditate ⁊ humiditate. ergo somnꝰ nō accidit nobis nisi qñ īfrigidat̄ ⁊ h̄ūectat̄ calor nālis pp̄terea q᷑ qñ acq̄rit humiditatē ⁊ frigiditatē ⁊ reuertit̄ ad suā radicē diminuit̄ a sua q̄ꝫtitate. Et ppea q᷑ iuuamētuꝫ cerebri fuit vt tēperaret caľitatē ⁊ siccitatē cordis necessariuꝫ ē vt recipiat maiorē ptē istiꝰ opatōis a cerebro. Et h̄ accidet qñ dñabit̄ sup cōplōnē ipsiꝰ fri. ⁊ hu. ⁊ hoc nō accidet ei nisi qñ trāsmittit̄ ei cibꝰ: ⁊ silr̄ qñ accidit cibꝰ cordi acq̄rit fri. ⁊ hu. Et pp̄terea q̄ h̄ nō accidit cordi vt in pluribꝰ nisi mediāte cerebro: nos faciemꝰ embrocationē sup cerebruꝫ vigilātiū cū rebꝰ q̄ h̄ñt humectare. Opinabant̄ multi hoīum q̄ cerebrū esset solum p̄priū mēbrū somni ⁊ nō est ita. Et rōnes q̄ nobis ostēdunt q̄ dormitio nō fit nisi p frigiditatē ⁊ hu. sunt: q᷑ nos videmꝰ q̄ maior pars ciborū qui faciūt dormire sunt fri. ⁊ hu. sicͭ lactuce ⁊ silʹes: ⁊ cibi qui inducūt vigilias sunt ca. ⁊ sic. Et causa materialis somni est vapor h̄ūidus q̄ ascendit a membris īferioribꝰ ad cerebrū pp̄ter aliquā causaꝫ gñatus: ⁊ qñ ē in fine sui ascēsus ingrossat̄ a frigiditate cerebri ⁊ recipit grauitatem ab alys h̄ūiditatibꝰ miscentibꝰ se cū eis q̄ ibi sunt: ⁊ q̄ nō pñt resolui nec vlteriꝰ ascēdere: descēdūt īferiꝰ ad membra ⁊ opilāt meatꝰ vtutū sensibiliū. Et sōnꝰ ñ aduenit mľtū aīalibꝰ post laborē nisi ppea: q᷑ aīalia qñ mouent̄ ⁊ laborant spgit̄ calor suꝰ nālis ⁊ diminuit̄ q̄ꝫtitas sua ⁊ refrigerat̄: ⁊ ppea reuertit̄ de neč̄itate ad locū sui p̄ncipy ⁊ sui thesauri. Sicͭ silr̄ accidit ei res q̄ īpedit ipm̄: q᷑ reuertit̄ ad p̄ncipiū suū. ⁊ sic hoīes exercituū qñ accidit eis grāde piculuꝫ reuertunt̄ ad capitaneū: ⁊ ppea cor ē istud mēbꝝ q̄ vltio refrigerat̄ tp̄e mortis. Et sōnꝰ est vna opatio nāe q̄ regit corpꝰ aīalis. Et ppea fuit sōnꝰ necessariꝰ in aīalibꝰ pfectͥs: q᷑ nisi eēt somnꝰ periret sensus pp̄ter nimiuꝫ exercitiū: ⁊ pereūtibꝰ sensibꝰ periret vita. Et inde est q̄ citrinatur facies dormire nō potētiū: ⁊ ledunt̄ eoꝝ opationes: ⁊ p̄prie operatio virtutis nutritiue ⁊ etiā exercitiū sensuū ē ex rebꝰ q̄ refrigerāt calorē naturalē pp sparsioneꝫ suā ad ptes exteriores. Et qñ refrigerat̄ reuertit̄ ad partes iteriores ⁊ diminuit̄ q̄ātitas sua. Et est sciēdū q̄ hec operatio q̄ꝫuis ipsa nō fit nisi pp̄ter aliquā p̄mutationē ↄplexionis fa

etiã in calore nãli que est augmētũ cõplexiõis frigide ꝛ humide: tñ veraciter efficiēs hãc est vt⁹ regitiua q̃ est in corde: ꝛ calor qui est in corde hoc mō est suũ instr̄z. Et pp hoc est hic nat⁹ locus inq̄sitionis: hoc est cui v̄tuti aie dz attribui hec opatio: ꝛ videt̄ q̄ debeat attribui v̄tuti sensibili: iõ q̄z crescit ꝛ fortificat̄ pp hanc operationē: ꝛ nõ debeat attribui nutritiue inq̄ztũ est nutritiua: ppea q̄z vegetabilia nõ dormiũt: eo q̄ nõ hñt sensuz. Et ista v̄tus est ex virtutib⁹ sensibilib⁹ appropatꝭ sensui cõi. Et nos nõ attribuimus hãc opationē virtuti sensibili: nisi q̄z est vna rerũ ꝑpter quas ꝯseruat̄ esse suuz: q̄uis tūc cesset. Iste sunt ille res que possunt dici in opationibus oib⁹ quas hꝫ sanitas Et de iuuamēto istoꝝ erit declarata res que ē necessaria in esse aialiũ: ꝛ illa que nõ est necessaria.

¶ Cap. XXII. Qd̄ est de ꝯplonibus temporum.



Et etiã mēbra v̄tutꝭ nutritiue ꝛ opatiões illius sũt necessaria in esse aialis: q̄ nõ ē gñatiua ꝛ etiã sensus tact⁹ est necessari⁹: ꝛ ꝑpterea fuit ꝑuatio isti⁹ v̄tutis mors ex necessitate: ꝛ hanelit⁹ est etiã opatio necessaria: ꝛ ex hoc apparet q̄ res q̄ stant corpori hois loco ꝯseruatiõis sũt aer: aq̄ cibi: q̄ nõ ꝯseruãt nisi qñ sunt sup suũ cursuz nãlez. Et qa aer nõ est sup formã suã nãlē nisi ꝑpter opationez solis ꝛ corpoꝝ celestiũ: cũ eo fuerũt cause q̄ stãt corpori humano loco ꝯseruatiõis ipsa eadē corpa. Et nõ cõplet̄ hec opatio in aere nisi pp opationē solis in eo in q̄ttuor tēporib⁹ que sunt ver: estas: autũn⁹: ꝛ hyems: ꝛ hoc ē ex incessu ipsi⁹ in circulo obliquo: ꝛ ꝑpterea ꝯueniēs est medico cognoscere nãz hoꝝ q̄ttuor tēpoꝝ: q̄z ꝑpter ipsa stat sanitas plusq̄ꝫ ꝑ alias causas. Et dicim⁹ q̄ ver est tp̄s in quo opationes nutritiue sũt ꝑfectiores: ꝛ hoc nõ accidit nisi ꝑpter multiplicationē caloris nãlis in corpe: ꝑpterea q̄z calor nãlis ē calidus ꝛ humidus: ꝛ d̄r q̄ ꝯplo isti⁹ tp̄is est pp caliditatē ꝛ humiditatē: ppea q̄z speculatio in ꝯplone hui⁹ tp̄is est ĩ ꝯparatiõe ad corpus humanũ: ꝛ opatiões iuuenũ in h̄ tēpore sunt ꝑfectiores: ꝛ ppea põt dici q̄ est tp̄s tēperatũ cõparatũ ꝯploni hois. Sꝫ si tu diceres q̄ eēt tēperatũ pp ꝓportionē q̄litatũ ex q̄bus est vna cũ alia: hoc eēt falsuz: q̄z vnaq̄q̄z rerũ q̄ appropriat̄ ꝯploni appropriat̄ de necessitate dñationi vni⁹ q̄litatis actiue q̄ stat loco forme: ꝛ dñationi vni⁹ q̄litatis passiue q̄ stat loco mãe: ꝛ si ita nõ eēt cõplexionatũ: nõ eēt vnũ in forma: imo essent duo: nec etiaz eēt recepta vna opatio in suo termino: si due q̄litates ꝯrie dominãtes eēnt sup ipsuz ambe equales in potētia vel in actu: q̄z ex duab⁹ reb⁹ in actu ꝯrys nõ põt fieri vnũ ĩ actu ꝛ etiã de duab⁹ nõ ꝯrys sicut nõ fit ex duab⁹ lineis ĩ actu vna linea in actu: ꝛ hoc nõ ꝯsenserũt multi ex eis q̄ appropriãt sibi phiaz hoc tpe: nedũ medici: ꝛ de h̄ habebũt manifestã declarationē: q̄z nunq̄z inuenit̄ tēperata ꝯplo in ꝓportiõe .4. q̄litatũ: hoc est tēperãtia q̄ est fꝫ extremitates: sicut nõ põt inueniri tēperata ꝯplo approꝑata vni q̄litati actiue: ꝑpterea q̄z q̄libet actiua hꝫ gradũ sue operationis ꝑpter vnã q̄litatē passiuã ꝓpriã ei q̄ stat ei loco mãe. Et postq̄z declaratũ est h̄ reuertamur ad illud a quo separati sum⁹. Et dicim⁹ q̄ videt̄ q̄ tēp⁹ estiuũ habeat in dispositiõe sua dñiũ caliditatis ꝛ sic. ꝛ ēt appet q̄ hu. ꝛ frigiditas dominent̄ sup dispõne hyemis: ꝛ hec ē ꝯparatione ad tp̄s veris ꝛ ꝯploni hois. Sꝫ ꝯplo autũni q̄z ē media ĩter estatē ꝛ hyemē opinat̄ q̄ sit q̄si in tēperãtia veris: sꝫ res ē ꝯria: q̄z est in fine ꝯrietatis veri: ꝑpterea q̄z ē illud tēpus in quo debilitant̄ v̄tutes: ꝛ sũt ꝯfuse sicut videt̄ in vegetabilibus ꝛ aialibus: ꝛ ꝑpterea dicēdũ ē q̄ frigiditas ꝛ sic. dominent̄ sup ipsuz q̄ sũt ꝯrie caliditati ꝛ hu. ꝛ q̄uis nõ sit frigidũ multũ ꝑdominat̄ ei siccitas: ꝛ vl̄r dico q̄ cõfusus est in suis partib⁹: ꝛ sol in illo est medius nobis iter ꝓpingtatē ꝛ lõgitudinē: ꝛ q̄uis hec eadē ꝯpatio sit ĩ vere tñ ē magna dr̄ia ĩter istas duas ꝯpatiões ex pte ꝑparationis nãlis: ppea q̄z v̄tutes sũt ĩ autũno ĩ fine declinationis: ꝛ siccitas iã dñata ē sup oĩa aialia. ꝛ ppea nõ iuenit̄ aliq̄d iuuamētũ ĩ tēpãtia caloris ipsi⁹ tp̄is in reb⁹ gñatiõis. Sed tēpantia q̄ ē in vere ē ꝯueniēs gñatiõi: ꝛ sedet sup nãz q̄ ē ꝯueniēs gñationi: ꝛ hec est humiditas. Et hec tp̄a nõ hñt terminũ stabilē gñal̄r in breuitate ꝛ lõgitudine: sꝫ diuersificat̄ in regionib⁹: ꝛ hec diuersificant̄ in latitudinibus ipsarũ. ꝛ tēperatioꝛ regio est illa que habet tēpus autũni breue: ꝛ tēpus veris longũ: ꝛ tales regiones sunt in quĩto climate ꝛ ꝓprie que sunt propinque mari. Et autũnus in terris nostris hispanie habet quasi duos mēses: ꝛ sedet in ꝑncipio quinti climatis. ꝛ sub lance dici nõ est tempus tēperatum fm̄ q̄ opinant̄ multi hominũ: ꝛ hoc declaratuz est alias: nec etiã veruz est q̄d dicunt quidã q̄ quartũ clima sit melius q̄nto. ꝛ Gal'. sentit q̄ tēperatioꝛ regio est terra grecoꝝ: ꝛ iter alias tēperatioꝛ est terra hispanicis ꝛ dicit q̄ totũ tēpus illarũ terrarũ est sicut tēpus veris. Deinceps declaratũ est ex istis locis sanitas cuiuslibet mēbri ĩ oĩbus quattuoꝛ causis. s. mãli: effi. formali: ꝛ finali: ꝛ hec fuit nostra intentio a ꝑncipio libri.

¶ Explicit liber secundus colliget auerroys q̄ liber fuit de sanitate.

¶ Incipit terti⁹ liber qui est de egritudinibus ꝛ continet capitula quadraginta ꝛ vnum.

¶ Capitulũ. I. Quod est de egritudine ꝛ eius diffinitione in generali.



Diffinitio egritudis ē manifesta ꝑ diffõnē sanitatis: eo q̄ egritudo est opposita sanitati. Et q̄z sanitas ē vna bona dispõ in mēbro cũ qua agit actionez quã hꝫ a nã sua agere: ꝛ sil̄r patit̄ passionē quã hꝫ pati per sui nãm: fuit necessariũ vt egritudo sit mala dispositio ĩ mēbro pp quã agit ꝛ patit̄ ꝯ nãm. Et necessariũ est vt faciam⁹ ĩ cognitõe spērũ egritudis q̄d fecim⁹ in cognitiõe spērũ sanitatis: h̄ ē vt narrem⁹ in ꝑmis quot ꝛ q̄ sint ei⁹ spēs: ꝛ q̄ sint sue cãc: ꝛ postea declarabim⁹ q̄ sint actiões ꝛ passiones non nãles: ꝛ medici vocant passionē accñs. Et qñ nos hoc fecerim⁹ tũc cognouerim⁹ egritudinē ꝑ oẽs suas cãs q̄ sunt finis cognitiõis rerũ: ꝛ hoc totũ poterim⁹ cognoscere a cognitõe sanitatis q̄ a nobis ꝑus dc̄a ē. Qm̄ nũer⁹ spēꝝ egritudis est sicut nũerus spēꝝ sanitatis: ꝛ a cognitiõe sanitatis cognoscitur egritudo: q̄uis opinatũ sit q̄ notiores sint spēs egritudinũ spēbus sanitatis: ꝑpterea q̄z m̄lte egritudies hñt noĩa ꝛ sanitates opposite illis nõ hñt noĩa: ꝛ tñ ĩpole est cognoscere egritudies ꝑfecte nisi pp cognitionē suoꝝ oppositorũ. Et ꝑpterea dcm̄ est q̄ ꝯrioꝝ eadem est disciplina. Reuertamur igit̄ ꝛ dicam⁹ q̄ ꝑpterea q̄ dispões sanitatis mēbri hñt duas spēs: vna est bonitas cõplonis mēbri q̄ in mēbris inuenit̄ ꝯsil'ibus: ꝛ alia est bonitas ꝯplonis q̄ ē in mēbris officialibus: fuit necessariũ diuidere sil̄r egritudines fm̄ has duas spēs. In ꝑmis narrabim⁹ egritudies mēbroꝝ cõsil'iuz: ꝛ dicem⁹ earuz causas efficiētes ꝛ mãles: ꝛ postea narrabim⁹ egritudines mēbroꝝ officialiuz: ꝛ dicemus eaꝝ causas. Et dicim⁹ ꝑpterea q̄ mēbra cõsil'ia non agunt nec patiunt̄ fm̄ cursuz nãe: nisi qñ mensure ca. fri. sic. ꝛ hu. erunt in illis cũ ꝓportione cõueniēnti in oĩb⁹ spēbus ꝯplexionis sanitatis: sicut narrauimus in libro sanitatis. Sil̄r est necesse vt sint egritudies illoꝝ mēbroꝝ ipsis egredientib⁹ ab ipsis mēsuris ꝓportionatis in vna q̄litate vel duab⁹ ex illis q̄ ꝑnt cõbinari. g̃ spēs egritudinis istaꝝ egritudinũ. al'. istoꝝ mēbroruz sunt octo: videlꝫ ca. fri. hu. vel sic. vel ca. ꝛ hu. ꝛ ca. ꝛ sic. aut fri. ꝛ sic. Et nõ solũ est itelligēdũ de ꝑmis qualitatib⁹ sicut dicit. H. sed etiaz de qualibet qualitate cũ qua operatur mēbrũ suas operationes

ſicut duricie ꝛ mollicie ꝛ his ſilibus q ... ,pprȳs mē/
bris ꝛ īpropriȳs. Et ſpēs harũ egritudinũ pmo īueniunt̄ in
mēbris ꝯſilib⁹ ſcōo in cōpoſitis ,ppter ꝯſilia ſicut dictũ ē
in ſpēb⁹ ſanitatis. Et iſtarũ octo ſpēꝝ q̄dā ſũt mãles: ꝛ q̄/
daʒ nō. Sʒ difficile eſt imaginari egritudinē mãlē eē ſim
plicē: ppterea qꝛ egritudines mãles ſũt cōpoſite: qꝛ nulla
egritudo mãlis ledit opationē niſi ,ppter aliā nō mãleʒ q̄
ſupuenit mēbro a calore vel a frigore.

¶ Ca. II. Qđ ē de cauſis egritudinuʒ in generali.

Deinceps volum⁹ dicere cauſas eaꝝ: ꝛ dicim⁹
ꝙ occaſiōes mãliũ egritudinũ ſũt humores
q̄ttuor qñ egrediunt̄ ab eoꝝ tēperãtia in q̄nti
tate aut q̄litate. Et hoc accidit aut a pte mãe
aut a parte effi. ꝛ hoc ē ,ppterea qꝛ mēbra nō
pmanēt ſup ꝯplõnē ſanitatis: niſi qñ ſanguis qui aduenit
eis eſt in quãtitate ꝛ q̄litate ī ,pportione tēperata in cali/
ditate ꝛ frigiditate. Et hoc accidit qñ mēbra que efficiunt
nutrimētũ ſtãt ſup ꝯplõnē ſanã: ꝛ cibi q adueniũt corpori
ſunt nãles ꝛ recipiunt̄ in quãtitate cōueniēti ꝛ ordine de/
bito ꝛ tpe cōueniēti. Sʒ qñ ſunt ẜm ꝯ̄riũ: tũc nō ſunt ſolũ
cauſe mãles ad generãdũ in corpe iſtos humores: ſed etiã
inducũt mēbra faciētia nutrimētũ ad malã ꝯplõnē. ꝛ tũc
dicit̄ ꝙ humores exiuerũt a nã a duab⁹ partib⁹. vʒ. a pte
effi. ꝛ a mãli ſimul. Et plures erũt cibi nãles ꝛ recipiunt̄
ẜm ordinē nãlē vt dictũ eſt. Sʒ res extrinſece acquirent
mēbris efficiētib⁹ malã ꝯplõnē: ꝛ generabũt tales humo/
res: ꝛ illa ſũt ſicut aer: exercitiũ ꝛ ſilia: ꝛ tales ſũt exeũtes
in quãtitate ꝛ q̄litate: ꝛ tales ſunt eueniētes a mala ꝯple/
xione in radice creatiōis mēbroꝝ agētiũ in nutrimēto: ꝛ
tales accidũt cauſa parētũ q exiuerũt a ſua ꝯplõne: ꝛ ex p̄
paratiōe p̄ma in creatiōe: qm̄ plures hoīes ſũt ſimilantes
ſe adinuicē in creatiōe eoꝝ ꝛ regimine: tñ variantes ſe in
accidētib⁹: qꝛ tales ſunt multarũ egritudinũ: ꝛ aliȳ pauca/
ruʒ egritudinũ: ꝛ tales multoꝝ annoꝝ: ꝛ aliȳ paucorũ an
norũ. Et pluries accidet hoc a mala ꝯplõne fixa ī p̄ncipio
gnãtionis mēbroꝝ efficiētiũ. Et plurimũ hec talis ꝯplõ ē
hereditaria: qꝛ ab iſtis p̄mis p̄parātiōib⁹ accidit qđ vide/
mus etiã de ſilitudine multoꝝ hoīuʒ adinuiceʒ in forma
ꝯſuetudine ꝛ accñtib⁹ egritudinũ in paucitate ꝛ lōgitudi
ne annoꝝ. Et poſtq̄ꝫ dixim⁹ cãs humoꝝ diſtēpatoꝝ vlr.
Deinceps narrãduʒ eſt quō fit gnãtio vniuſcuiuſqꝫ iſtorũ
ꝛ quot ſunt egritudines que generant̄ ab eis.

¶ Cap. III. Qđ eſt de cauſis egritudinũ materialiuʒ cali
darum ꝛ ſiccarum.

Et incipiem⁹ ab egritudinib⁹ calidis ꝛ ſiccis
mãlibus. Et dicimus ꝙ egritudo calida ꝛ ſic/
ca gnãtur ex cibis calidis ꝛ ſiccis diſtēperatꝭ:
vel qꝛ recipiunt̄ ī multa quãtitate: aut nimis
diminuunt̄: aut qꝛ recipiunt̄ ſup ieiuniũ: qꝛ
qñ recipit̄ cibus poſt multũ ieiuniũ in ſtō ꝛ epate pmuta/
bit̄ ad calorē ꝛ ſiccitatē fortē: ꝛ īducet ſtomachũ ꝛ epar ad
eandeʒ complexionē: ꝛ tunc erit facta opatio eoꝝ ab am/
babus partibus ſupradictis ꝛ ſanguis qui generabitur ab
hoc cibo erit ca. ꝛ ſic. ꝛ diſtēperat⁹: ꝛ multiplicabit̄ in ipſo
colera in multa quãtitate: ꝛ diſtēperabit̄ in multa quali/
tate: ꝛ tũc impediet̄ opatio fellis: ꝛ non poterit attrahere
colerã ẜm debitã quãtitatē: ꝛ ſic remanebit imbibit⁹ ex
ea. Et illud eſt eo ꝙ qñ exit colera a via ſua nãli in quãti/
tate vel q̄litate aut in ambab⁹ ſimul: tũc remanet colera
influxa in ſanguine: ꝛ qñ nutrient̄ mēbra ex illo ſanguine
exibũt paulatiʒ a ſua ꝯplexione nãli ad malã ꝯplexioneʒ
ca. ꝛ ſic. ꝛ generabunt̄ multe egritudines calide colerice.
ꝛ ſilia accidētia veniētia mēbris a rebus extrinſecis: ſicut
ab aere calido: ꝛ a multo exercitio ꝛ vigilia: ꝛ accidētibus
anime que habēt calefacere: ſicut ira ꝛ furor ꝛ cogitatio/
nes cordis ꝛ his ſimilia: ꝛ cauſa fortior que eſt iſtarũ cau/
ſaruʒ plus aliarũ rerũ eſt aer ꝛ ars. ꝛ aliqñ erit cauſa iſta/
ruʒ opilatio poroꝝ qui ſunt in cute per quos euaporat ca/
lor ꝛ retinet̄: ꝛ ꝯculcabit̄ calor intus ꝛ faciet qđ dictũ eſt.
Et aliqñ erit hoc a ꝯplexione nãli vel radicali. Et colera
nō nãlis que fit in corporib⁹ ſupradictis hʒ q̄ttuor ſpēs.
Una ſpēs eſt que aſſimilat̄ vitello oui qđ natũ eſt in illa
die. Gal. dicit in plurib⁹ locis: ꝙ hec ſpēs eſt calidior natu
rali: qꝛ pars ignea in hac ſpē dominat̄ plus: ꝛ dicit ꝙ eius
groſſicies ē pp nimiã caliditatē ꝛ ebullitionē ob quaʒ reʒ
habet iſta ſecuʒ iſtuʒ caloreʒ igneũ. Et aliȳ medici preter
ipſum dicunt ꝙ hec eſt minoris caloris naturali. Et dicũt
ꝙ groſſicies ipſius eſt propter alicuius mixtioneʒ flegma
tis: ꝛ ẜm hoc debet eē rubedo ipſius infra rubedineʒ na/
turaleʒ: ꝛ eſt cōtra illud quod dicit Gal. ꝛ nos videmus ꝙ
ita nō eſt vt dicunt. Ad hoc ẜm illos debet habere cũ ſua
groſſicie aliquãtulũ viſcoſitatis ſicut debet habere corp⁹
humidũ mixtũ cũ corpore calido: ꝛ ſenſus viſus in ħ adiu
uat Gal. Et ſecũda ſpēs habet colorē auricalchi: vel citri:
ꝛ generatur ab humiditate aque ammixta cuʒ ipſa ꝛ ſine
dubio hoc īfra ſiſtit ī caliditate a colera naturali. ꝛ egritu
dines que fiũt ex hac ſpecie ꝛ vitelina ẜm illos qui dicũt
ꝙ fit groſſa pp ãmixtionē flegmatis nō ſunt enũerãde cũ
egritudīb⁹ ca. ꝛ ſic. ſimplicib⁹ ſed cũ cōpoſitis. Sʒ egritu/
dines vitelline ẜm. G. ſunt poſite in vltimitate calitatis ꝛ
ſiccitatis: ꝛ pōt eē ꝙ hec colera: eſt colera quã noīat. G. co/
leraʒ ru. Et alie due ſpēs ſunt ſic̄ praſſina ꝛ eruginoſa: ꝛ dr̄
ꝙ ambe generant̄ in ſtō: ꝛ mihi videt̄ ꝙ. G. non appropet
eas colere ſimplici: qꝛ dicit in libro de v̄tutib⁹ nãlibus ꝙ
iſte due ſpēs generant̄ a colera vitellina mixta cũ aliȳs hu
morib⁹: ꝛ ꝙ he due ſpēs ſint ꝯpoſite: ꝛ manifeſtũ eſt ꝙ ge/
nerant̄ in ſtō ẜm eos. Et ſtomac⁹ p ſuam nãʒ nō hʒ gñare
colerã nãlē nec nō nãlē: qꝛ qđ generat nãlē gñat nō nãlē:
qñ corrũpit̄ ipſi⁹ cōplexio qꝛ ipſi⁹ cōplexio ītendit̄ aut re
mittit̄. ergo praſſina ꝛ eruginoſa nō habēt hoc nomē niſi
equoce. Et videt̄ ꝙ cã iſta gñationũ: eſt ꝙ qñ colera egre/
dit̄ a ſua nã in ca. ꝛ ſic. ,ppter ſparſionē ipſi⁹ ad ſtomacuʒ:
tũc remiſcet̄ cũ aliȳs hũoribus: ꝛ ,pprie cũ melia: ꝛ ibi reci
pit aliquã ſpēm putrefactionis ꝛ puenit ad talē cōplexio/
nē: ꝛ ,ppterea aſſimilant̄ iſti hũores veneno: ꝛ ,pprie erugi
noſa. Et egritudines q̄ ,pueniũt ab his ſunt īcurabiles ,p/
pterea qꝛ nō recipiũt digōneʒ nec pmutant̄ a colore nãli:
īmo corrũpũt formã ſpecificã ipſi⁹ ſicut corrũpit venenũ.
Deinceps volum⁹ declarare q̄liter gñant̄ egritudies co/
lerice: ꝛ īcipiemus a febre colerica ſefraria. Et dicam⁹ ꝙ
poſtq̄ꝫ dictũ ē ꝙ febris ē calor q ꝯtinet totũ corp⁹ q ledit
actiōes ꝛ paſſiones mēbroꝝ oīuʒ. Ab hac pte apparet ꝙ ē
calor extrane⁹ ꝛ appet ex pte q̄ manifeſtat̄ in ipſa opatio
caloris ītrinſeci digerēdo hũores ꝛ recipit ſanationē: ꝛ nō
eſt ſic̄ calor extrane⁹ q inuenit̄ in corporib⁹ mortuorũ: ob
hoc apparet qꝛ etiam eſt nãlis: ꝛ eſt veritas qꝛ eſt calor na
turalis mixtus cũ aliqua q̄litate caloris putredinalis. Et
adhuc poſtq̄ꝫ calor iſte ſpargit̄ ꝛ ꝯtinet̄ per totũ corp⁹ per
arterias: dicim⁹ per hoc ꝙ ſubiectũ ,ppinquũ iſti⁹ caloris
eſt cor: ꝛ ,ppterea eſt īpoſſe ipm eſſe totũ extraneũ. Et pro/
pterea qꝛ calor cordis eſt ille calor cũ quo mēbra faciunt
oēs ſuas operatōes: neceſſariũ ē qñ recipit aliquã pmuta
tioneʒ vt ledantur oēs eorũ operationes. Ergo diffinitio
febris eſt hec: qꝛ eſt calor compoſit⁹ ex calore nãli ꝛ extra
neo putredinali miſſo a corde ad totuʒ corpus ꝛ ledit oēs
actiōes ꝛ paſſiōes. Et dicimus ꝙ iſte calor eſt permutatio
caloris nãlis permutati in quãtitate ꝛ qualitate operãdi
in corpore operatiōes nō naturales aut in materia nō na/
turali. Deinceps volum⁹ dicere ꝙ cauſe generatiōis iſti⁹
caloris ſũt eedē cum cauſis gñatiōis caloris extranei: ſal/
uo ꝙ in hoc calore ſunt equales: ꝛ ſi ita nō eſſet. ergo eſſet
ex̄neus abſolute: qꝛ res attribuit̄ ex̄neo dñanti. Et iã de/


claratū ē in q̄rto methau. q̄ cā effi. putredinē stat duob⁹ modis: vn⁹ est calor extrīsecus: ꝑpea q2 iste calor spargit ꝛ exalare facit calorē ītrinsecū: ꝛ maxīe qñ ē cū forti q̄litate ꝛ qñ spargit calor ītrīsecus sicut ꝯuenit tpe magni calorl q regit mā3 gñatā in illa mā calor ex̄ne⁹: ꝛ maxie si sit humida: q2 hūiditas de facili ꝑmutat a reb⁹ extrinsecis: q2 difficile eēt effici ꝑ seipsa3. Alius cā ē effi. ꝑ accñs: hoc est frigiditas: q2 qñ dñat sup calorē ītrinsecū extinguit ipsu3: ꝛ tūc gñat sup mā3 loco istius caloris nālis aliū calorē ex̄neū. Et ibi declaratū ē q ens nāle nō ꝑmanet in suo eē nisi qñ v̄tutes agētes dñant sup patiētes. Et qñ debilitant iste v̄tutes regitiue: ꝛ dñant v̄tutes extrinsece: tūc tendit ens ad viā īpfectiōis. al's corruptiōis. Et cāe que adiuuāt ad gñandū calorē ex̄neū ille eedē sūt cū illis que adiuuāt ad extinguēdū calorē nāle3: ꝛ hoc fit qñ subm est ꝑparatū ad recipiēdū. al'. extinguēdū istā gñationē ex̄neā: sicut sanguis ex quo gñat col'a q egredit a nā in quātitate: aut q̄litate: aut ꝑpter multitudinē sanguis: aut ꝑpter ipsi⁹ grossiciē aut viscositatē: q2 ꝑ hoc refrigerat calor intrinsecus ꝛ extinguit sicut faciūt multa ligna humida qñ ponunt sup ignē. Et ēt opilatio poroꝝ adiuuat ad h: q2 resistit euētationi caloris intrinseci. ꝛ accidit hoc sic accidit igni qñ nō h3 euētationē q cito extinguit vel debilitat sic tu vides q carbonarij tegūt carbones cū terra vt ignis nō trāseat ꝑ oēs ꝑtes carbonū: ꝛ faciat ex eis cinerē.

¶ Cap. IIII. Qd ē de gñatiōe febris colere sefrarie.



T postq̄ declaratū ē vl'r qd sit febris ꝛ vl'es cāe sue gñatiōis dōm ē quō gñat febris colerica: q̄ dr sefraria. Et dicamus q fortior cā in gñatione isti⁹ febris: ē qñ dñat ꝯ'lo sanguis in caliditate ꝛ sic. Et h3 ꝑparationē vt generetur in eo talis calor: aut ꝑp ꝑparationē supfluitatū tertie digōnis que ē in mēbris: s3 grossities ꝛ viscositas ꝛ opilatio venarū nō imaginant in opatiōe istius febris: nisi diceret in colera vitellina ꝭm illos q dicūt ꝯ Hal. aut ꝑpter quātitatē suā. Et debes scire q nō est in hoīe col'a absoluta: ita vt sit ps mēbri hois excepta colera q̄ stat in saeculo fellis h3 quosdā: s3 nā expellit eā a mēbris sanguineis qñ separat ab eo: ꝑpea ē ipol'e opinari q subm febriū sefrariarū sit col'a absoluta: s3 est sanguis aut humiditas ī qua dñat col'a. Et ꝑpea pōt recipe digōnē ꝛ reuerti ad suā nā3 q2 nō denudat a sua forma specifica. S3 qñ separat ab eo col'a absoluta icōtinēti expellit a nā: ꝛ si separat ab eo res q̄ hēat possibilitatē recipiēdi digōnē nutrient ex eo membra. Et nō est pol'e vt col'a recipiat aliquā digōnē: q2 nō ē pol'e illi rei que trāsiuit terminū decoctiōis vt redeat ad terminū decoctiōis: sicut nō est pōl'e vt assu3 reuertat ad elixū: nec ēt i ea est aliq̄ pars ex q̄ possint mēbra aliq̄ mō nutriri: ꝛ dico hoc de nāli. s3 si sic de nāli q̄to plus de non nāli. Et illi q solū sūt medici q dicūt q col'a est cib⁹ alicui⁹ mēbri sūt q dicūt q q̄ttuor hūores sunt elemēta mēbroꝝ ꝯsiliū. Et ego nolo laborare plus in q̄ōnib⁹ cu3 eis: q2 ego declaraui h pfecte i libro sanitatis. Et ꝑpea q2 calor ex̄neus gñat in humiditate q̄ est ex̄ nā3 cū debilitate calorl intrinseci: dico q nō est cū excessu nālis caloris: sicut opinat Hal. in multis locis. S3 ꝑpea q humiditas est velox ad putrefactionē: ꝑpea q2 calor intrinsecus plus laborat ad ipsi⁹ corruptionē: q2 illa nō h3 a se re3 q̄ eā ꝯsumat. Et si ꝯfiteret Hal. q oīs calor ex̄ne⁹ eēt putredialis caderet piculū magnū in dictis Ar. ꝑpea q2 q̄libet calor ex̄ne⁹ fit ꝭm ipsu3 p̄ ꝛ subal'r ꝑp calorē aut frigiditatē: ꝛ qñ debilitat calor nālis ꝑp frigiditatē tūc dñat humiditas ꝛ fatigat calor itrinsecus in dñando sup ipsu3: ꝛ fit putrefactio ꝑp calorē ex̄neū supueniētē. S3 qñ cā caloris ex̄nei fit a calore: tūc supuenit mēbris assatio: vel cōbustio: s3 nō putrefactio. ꝑpea q̄ nō est ex necītate vt oīs calor ex̄ne⁹ aut oīs febris sit putredinalis ꝛ maxīe causon: ꝛ etiā qñ calor ex̄ne⁹ gñat i locis i q̄b⁹ fit digō: ꝛ i locis i q̄b⁹ fit ps mēbroru3 i actu ꝛ aggregant ibi supfluitates exn̄tes in nā distēperate sic̄es colere in q̄litate aut distēperate in quātitate etiā erunt ille humiditates q̄ sunt in corpe occasione colere: ꝛ inuēte loco digōnis. Et manifestū ē q locus maioris digōnis est loc⁹ digōnis scōe q est epar ꝛ vene: ꝛ alter ē loc⁹ digōnis tertie: ꝛ illa est i mēbris: ꝛ ꝑpea spēs harū febriū sunt due vna q̄ est in venis: ꝛ altera que ē in mēbris hoc est in locis digōnis tertie. ꝛ in libro ꝑnosticoꝝ declarata est dr̄ia istarū duarū febriū. Et sunt etiā alie febres que sūt appropriate pure colere: ꝛ tales etiā appropate sūt colere nō pure: ꝛ ibi declarabo dr̄ia3 vnius ab alia.

¶ Cap. V. Qd est de egritudinib⁹ colericis localibus.



T postq̄ declarauimus vl'r quō fiunt febres colerice. Deinceps volumus loqui ꝛ narrare quō fiūt egritudines colerice locales q̄ nominant alguase: in latio dicunt apata colerica: ꝛ in greco erisipile. ꝛ dicimus q hec apata generant in mēbris duob⁹ modis: vno qñ expellit ad aliud mēbrū hūor coleric⁹: ꝛ tūc ꝑp ei⁹ q̄titatē fit dilatatio i mēbro ꝭm oēs dimēsiōes. Et ꝑpea dr q elmare: siue erisipilla ꝛ silia sūt ꝯposita ex morbis cōsilib⁹ ꝛ officialib⁹. Et cā expulsiōis isti⁹ hūoris ē ꝑp fortitudinē v̄tutis expulsiue ī mēbro mādāte: ꝛ ꝑp debilitatē eiusdē v̄tutl ī mēbro recipiēte. Et nō fit sic dicūt grossi q fit ꝑp fortitudinē retētiue mēbri recipiētis. Vex ad h mltū adiuuat largitas viarū cū suppōne patiētis mēbri. Et maxie qñ mēbꝝ expellens ē supi⁹ ꝛ recipiēs īferi⁹: ꝛ maxie qñ hu. ē grossus ꝛ terrestris: ꝛ qñ fuerit icinerat⁹ ꝛ fuerit i mēbro: tūc ꝑp illius q̄titatē calor ītrīsec⁹ in eo suffocabit ꝛ gñabit calor ex̄ne⁹ in mēbro ex̄neo saluo si hūor nō eēt ī vltimitate siccitatl. Et si apa istud gñat in aliq̄ mēbro ꝑncipali aut ꝑpe ip3 ꝑcedet ab eo calor ad cor ꝛ gñabit febris fortis: ꝛ si nō erit ꝑpe mēbꝝ ꝑncipale ñ faciet febrē: ꝛ pol'e erit vt tēdat ad mortē. Et alio mō gñat qñ mēbrū nō pōt digerere cibū q ei mittit: nec ip3 ꝑmutare in q̄titate: aut q̄litate: nec ipm pōt expellere: tūc mā augmētat in mēbro illo tal'r vt recipiat dilatationē in oēs tres dimēsiōes. ꝛ extiguit ei⁹ calor nālis eidē mēsurat⁹: ꝛ gñat in eo calor putredinalis ꝑp necessitatē māe extranee. Et iste egritudies q̄ dñr erisipille sunt duaꝝ spērū: vna est q̄ dr erisipilla ruboris ꝛ appet ab hac spē. vt sit mixta cū multo sanguie ꝑp rubedinem quā h3: ꝛ nō facit in mēbro magnū tumorē: ꝛ nō est dolor eius acut⁹. Alia spēs dr erisipilla formicularis: ꝛ in ea pl's dōminatur colera: ꝛ ꝑpterea inducit pustulas ꝛ corrosiōes. Et aliq̄n ista nō apparēt nisi in cute: ꝛ aliquādo est fixa in substantia mēbri ꝛ illa peior est: ꝛ pōt esse vt fiat in concauitate alicuius mēbri sicut in stomaco aut in itestinis ꝛ ledet ipsius operatiōes sine apostemate manifesto.

¶ Capitulum. VI. Quod est de egritudinibus frigidis ꝛ humidis materialibus.



I Ste egritudies fiūt ꝑpter flegma qd est extra naturā in quātitate ꝛ qualitate: ꝛ cause generatiōis istaꝝ sunt opposite causis ex quib⁹ generant egritudines colerice ꝛ manifestiores istaꝝ egritudinū sunt febres flatice ꝛ apata q̄ dñr zimie: qd vero plus adiuuat ad generationē haꝝ febriū est oppilatio q̄ fit ꝑpter grossiciē istius hūoris aut viscositatē. Et vl'r fit hec putrefactio per viam extinctionis caloris intrinseci: sicut extinguit ignis a suppositione lignorū viridiū: ꝛ cum extinguitur intrinsecus augmentatur extraneus in materia extranea: ꝛ ista febris fit ex hoc humore in venis: ꝛ in tertia digōne mēbrorū. Et isti⁹ hūoris exeūtis a nā sūt q̄ttuor spēs: vna est salsi: ꝛ ē siccior nāli: ꝑpea q2 salsugo ei aduenit a suba terrestri adusta mixta

cū aliq̄ hūiditate: sicut appet in gn̄atiõe salis. Alia est acetosi ⁊ q̄uis sit siccū: tñ ē frigidū: ppea qr acetositas gn̄at a frigiditate. Dulce est calidiꝰ sicut ē videri in acetosis fructibꝰ q post acetositatē acqrūt dulcedinē. Et vitreū ē deteriꝰ oibus: qr hꝫ cū frigiditate multā viscositatē. ⁊ species febriū fl'atis diuersificant̄ fꝫ diuersitatē harū sperū. ⁊ qñ nos tractabimꝰ de febribꝰ: tūc de hoc loq̄mur lato sermone. Et spēs fl'atis meliꝰ recipiūt digōnē q̄ colere: fꝫ q̄ gdā dicūt q̄ recipiūt spēs colere digōnē. Sꝫ febres q̄ fiūt a fl'ate sūt piculosiores febribꝰ colere pp grossiciē fl'atis: ⁊ pp opilatiões q̄ fiūt ab eo: ⁊ qr iterpollatio earū est valde breuis fꝫ q̄ dicā post. Sꝫ apatū fl'aticoꝝ q̄dā sūt q̄ fiūt a flegmate subtili: ⁊ q̄dā a fl'ate grosso: sicut sūt apata q̄ nominant̄ scrofule: ⁊ ipse nascunt̄ in carne glādulosa sicut i collo subascellis: ⁊ inguinibꝰ. Et hec mā q̄ ē iclusa in apatibꝰ est dura valde: ⁊ sūt ex apatibꝰ glādulosis q̄ sunt grossitudinis grani pini: vel nucis: ⁊ hoc efficit̄ in locis carnosis. Et istiꝰ gn̄is sūt veruce ⁊ claui: ⁊ ex apatibꝰ malis que appropata sūt grossitudini hūoꝝ ⁊ exeūtiū a nā q̄ noiata sūt adubelati in arabico: ⁊ iuenit̄ i istis apatibꝰ suba sil'is feci: ⁊ stercori ⁊ luto: vl' carboni. Et maior pars istoꝝ apatuꝫ ꝯposita est ex duobus humoribꝰ. s. ex fl'ate ⁊ mel'ia. Et apata appropata ꝓpe fl'ati sūt apata noiata in arabico cala. ⁊ dicūt q̄ huiꝰ spēs sūt q̄ttuor. s. lutosarū: mellitarū: vitrearū: ⁊ pultesarū. Lutose fiūt ex fl'ate grosso. mellite fiunt ex fl'ate putrido habēte itꝰ subaꝫ mellis. Et alie due spēs fiūt sil'r ex fl'ate mellito: ⁊ ex fl'ate fiūt: ⁊ q̄dā a vētositate: sicut accidit in illis q̄ fiūt in extremitatibꝰ ydropicoruꝫ: ⁊ multe alie egritudines q̄s narrabimꝰ cū loq̄mur de accidētibꝰ q̄ supueniūt actionibꝰ ⁊ passionibus mēbroꝝ.

Cap. VII. Qd ē d cāis egritudinū fridaꝝ ⁊ sic. māliū.



Ste egritudines fiūt ab hūoribꝰ melācolicī q egrediunt̄ a nā in quātitate: aut q̄litate: aut in ambabꝰ simul: ⁊ q̄ faciūt hūores istos egredi a sua nā sunt māe q̄ sūt sil'es eis sic̄ cibi frigidi ⁊ sicci: aut calidi ⁊ sicci: aut qñ exeūt mēbra ab eoꝝ ꝯplonibꝰ ad frigiditatē ⁊ sic. vel ad cali. ⁊ sic. distēperatā. Et exeūt etiā a suis ꝯplonibꝰ: ꝓpter res extraneas sicut pp aerē ⁊ exercitiū. Et aliqñ accidit a gn̄atione sic̄ accidit leprosis: ⁊ maior ps taliū fit ab hereditate: aut pp coitū cū mēstruata in diebꝰ quos dixit çacharū: qr lepra illa a bn̄ficio medicinarū curā nō recipit: nisi fiāt tpe crisis ānoꝝ qd nā ordinauit: ⁊ hoc testificat̄ mirabilis çacharan: ⁊ ego exptꝰ suꝫ. Et qñ multiplicant̄ isti humores in corpe splē conat̄ eos attrahere ⁊ negt: aut ꝓpter quātitatē: aut malā q̄litatē: aut pp vtrūq̄: tūc remanēt cū sanguine ⁊ vadūt ad mēbra: ⁊ qr mēbra abomināt eos correctionē eoꝝ facere nō pñt. q̄re ex eis generant̄ egritudies difficilis curatiōis. Et colere nigre exeūtis i q̄titate a nā sūt due spēs. vna ē ꝓpter adustionē mel'ie nālis: ⁊ alia species ē ex adustiōe colere nō nālis. Et iste spēs generant̄ a multo calore ⁊ itēsa sicci. q̄uis remaneāt p earū nāꝫ frigide ⁊ misceat̄ cū eis calor ex̄neꝰ ex̄ nāꝫ multū. Et q̄ signat h. s. q̄ ꝯplo earū sit talis est earū acetositas: qr qñ spargūtur sup terrā fermētat ipsaꝫ: ⁊ vnaq̄q̄ istarū spērū inducit corrosionē in mēbris: ⁊ aliqñ fistulas: ⁊ maxie q̄ fit ab adustiōe col'e. ⁊ egritudies q̄ fiūt ex hūoribꝰ istis q̄dā sūt febres: q̄dā apata: ⁊ febriū q̄ i eis fiūt. q̄dā fiūt i scd'a digōne: ⁊ q̄dā i tertia. ⁊ qd adiuuat gn̄atiōeꝫ istoꝝ ē opilatio pororū cū grossicie hūoꝝ ⁊ difficultas digōnis. ⁊ apata q̄ dicunt̄ sclirotica fiūt ex mel'ia nāli ⁊ adusta: ⁊ aliqñ cancer. Sꝫ q̄ fiūt a nāli sp sine vlceratione sunt: ⁊ q̄ fiūt ab adustione nō nāli cū vlceratiōe. ⁊ aliqñ spargit̄ hec mā sup oia mēbra: ⁊ tūc fit lepra: ⁊ ppea dr̄ q̄ lepra est carcer vl'is. Et istius due sūt spēs: qr q̄dā est cū vlceratiōe ⁊ q̄dā sine: ⁊ q̄ fit cū vlceratiōe est de mel'ia q̄ est ex̄ nām. ⁊ flegma salsū ⁊ sanguis fm quosdā recipiūt adustionem.

Cap. VIII. Qd est de causis egritudinū calidarum ⁊ humidaruꝫ materialiū.



stomaco puenerit.ab accidētibus stomaco supuenietib⁹ qđ manifestat̄ stomacho habēte ꝯplonē malā nālez aut nō nālē:ꝛ cū hoc penit⁹ cōiungit̄ mora cibi in stomacho pauca:qđ est: q2 q a stomacho puenit est ꝑpter vnā duarū rerū:aut ꝑpter virtutis expulsiue festinationē vt citius expellat:aut ꝑpter retētiue debilitatē vt nō retineat. ꝛ quodcūq3 hoꝝ fuerit necesse est vt pauca cibi in stomacho fiat mora.Et aliqñ accidit vt fluxus ab itestinis pueniat sicut dictū est: ꝛ hoc ab accidētib⁹ intestinis supuenientib⁹ cognoscit̄:ꝛ q2 in stomacho causa festinantie supra dicte nō est in ipso cibus tēpore nāli morat̄.Et qui ab epate aut venis puenit:aut ab aliqbus alijs mēbris puenit: vt a capite: ꝛ his silib⁹ cognoscit̄ si nālis ē silr a signis significātib⁹ dñiū humoris in mēbro:ꝛ ab accidentib⁹ illi mēbro ꝓprijs:aut ab ipsi⁹ opationib⁹. Auēçoar eni testificat̄ de illo qui fluxū cronicū patiebat̄ ꝙ fluxus iste ī hora sōni fortificabat̄:ꝛ in hora vigiliarū alleuiabat̄:ꝛ ꝑ hoc arguebat ꝙ humoꝛ hoc faciēs eēt in cerebro:ꝛ suā intētionez in curādo cerebrū adhibuit:ꝛ curatus est.Et ego eādez rez isti similē feci in quodā fluxū vētris patiēte:q medicatus a multis medicis:ꝛ a me lōgo tpe fuit ꝛ nihil pficui habebat:ita ꝙ de ipsius salute despaui: sed ipsuz visitabā sicut amicū:ꝛ q2 magnus erat: tandē percepi vnū ex suis brachijs alio frigidius ꝛ macrius:ꝛ autumaui ob hoc ꝙ fluxus ab illo brachio ortū habuit: eo ꝙ virtutes ipsi⁹ mēbri attractiua ꝛ digestiua depdite essent ꝑpter malaz ꝯplonē frigidā nō nālē sup ipsuz dominātez.Et ego intētionē meā ad illud mēbrū calefaciēdū apposui cū fricationib⁹:balneis:ꝛ similib⁹ localib⁹ reducere bonā ꝛ nālem humiditatē conatus fui:ꝛ postea mētē apposui: vt calorē nālez atq3 humiditatē hāc cū reb⁹ ꝯuenietib⁹ ꝯseruarez donec ipsuz ad oēs suas virtutes nāles reduxi.Nec medicinā ꝓpriā aliquā fluxui ꝓpriā facere curaui:ꝛ ꝑpter hāc rem breui tpe curat⁹ est.Sed fluxus q fit ꝑpter opilationez que fit in mesaraicis venietib⁹ ab epate ad itestina significat̄ ꝑ chilū exeuntē cū egestione: ꝗuis tardet in stō ꝛ intestinis tpe nāli:aut ꝓpinquo eidē:ꝛ qñ hoc accidit alicui fit ei macies tpe breui:ita ꝙ breuiori ꝗ alijs fluxibus accidat.Sed qñ egritudines iste cōponunt̄ difficile ē eas cognoscere.Et scias ꝙ maioꝛ pars istoꝝ signoꝝ cōiectura bilis est:ꝛ ꝑpterea volēs ista cognoscere idiget acuto igenio cū pseuerātia pscrutationis:ꝛ qñ extimabis vnū incipe eleuare cū medicina leui ꝺm egritudinē quā opinatus fueris:ꝛ si lucratus fueris ex hoc ꝯtinua medicinā:q2 tūc scies ꝙ opinat⁹ es verū:ꝛ si nō:dimitte.Sicut qñ credideris ꝙ causa fluxus sit opilatio dabis res apitiuas: ꝛ si lucratus fueris teneas hāc medicinā:ꝛ credas ꝙ hec opinio est vera:ꝛ si nō icipies cito restaurare illud qđ fecisti cum medicina illa.Et opinant̄ quidā medicoꝝ ꝙ hec opilatio fit de genere supposito egritudinib⁹ꝛ causis egritudinuz. ꝛ si credideris ꝙ causa egritudinis sit caliditas studebis curare cū reb⁹ parū frigidis:ꝛ si videris ꝙ pdeūt credas ꝑ certo tuā opinionē:ꝛ incipe egritudinē leuare. Hec sūt illa ꝑpter que cognosces mēbra lesa.Et quedā cognosces ꝑ accidētia mēbroꝝ cōicantia cū mēbro leso sicut tussis q̄ accidit cā pleuresis:aut causa apatis epatis:aut tractione ossis trachea tracti causa apatis epatis: sed hec signa non sunt ꝓpe signa lesionis membri nisi ꝯiungant̄ alia signa cuz eis sicut tussis ꝛ rascatio que nō significat sup pleuresim:nisi sit ibi doloꝛ pungitiuus lateris ꝛ fe. cōtinua. Adhuc scias ꝙ in qbusdā mēbroꝝ egroꝝ est egritudo ꝑ se ꝑmo:ꝛ in qbusdā ꝑpter alioꝝ mēbroꝝ cōicationē fit: ꝛ cognitio egritudinis que ꝑpter colligātiā fit mēbroꝝ est ꝙ mēbrū cōpatiēs ꝑpter augmētū vel diminutionē egritudinis mēbri per se egri aggrauat̄ aut alleuiat̄. verbi gratia:q2 vertigo ꝛ alie capit[is] egritudines q̄ augmentant̄ qñ stomachus nauseat: aut qñ corruptos in se cōtinet humores:aut quādo a cibis vacuus nō est:tunc dicere debem⁹ ꝙ hoc nō accidit capiti nisi ꝑpter cerebri ad stomachum colligantiaz.Et adhuc hoc indiget perscrutatione: q2 possibile est vt alicuius membri egritudo ꝑpter alterius mēbri egritudinez accrescat:aut esse potest: vt in vno mēbro sint egritudines plures:quarū vna est sibi ꝓpria ꝛ prima ꝛ altera ꝑpter alterius membri colligātiam. Et aliquando egritudo que propter colligantiam fit proprie egritudinis augmentuz recipiet ꝛ crementuz: ꝛ autumabit forte quis ꝙ ꝑpter colligantiā solam hoc prouenire possit. Item adhuc esse potest vt due egritudines ꝑpter colligātiam esse possint vt egritudo cerebri ꝑpter stomachuz.ꝛ egritudo stomachi ꝑpter aliud membruz. Et ne in hunc errorez decidat speculatoꝛ:opoꝛtet vt circa hoc pluries ꝑscrutetur:ꝛ quādo eius opinio super aliquā istaruz fuerit firmata:tunc remotionē ipsius cum medicina equalitati ꝓpinqua attendet.hoc est cuz medicina ad aliquā extremitatū nō multuz declinante.Et si experiētia hoc ipsum inuenerit ꝛ perpendat in ipso perseueret:ꝛ si non:ad aliaz opinionem se conuertat.

¶ Capl'm. XLVI. Quod est de signis egritudinuz ꝛ causarum ipsarum in generali.



T postq3 nos de rebus vl'ibus fuimus locuti ꝑ quas mēbra egra cognoscere possum⁹ deinceps loqui volum⁹ de reb⁹ per quas egritudines ꝛ ipsaꝝ egritudinū cās cognoscamus.Et dicimus ꝙ rerū sup quas nos opꝫ adducere signa vl'r sunt:aut mala ꝯplexio nālis aut nō materialis. Et signa que malā cōplexionē nālez significāt: vt dictuz est sūt illa q̄ dominationē hu.significāt: aut in toto corpore:aut in vno mēbro egro. ¶ Et adhuc sil'r vt dictū est ea que ex corpore egrediunt̄ humorē faciētē malā cōplexionez nālem significant sicut vomitus ꝛ egestio:aut sputū: ꝛ hec sunt signa cōuenietia sup gen⁹ cause operatiue: ꝛ de his iam locuti fuim⁹. ¶ Et rascatio significat ēt sup cām ꝛ spēm operantē:sicut rascatio rubea significat fortitudinez sanguinis:ꝛ viridis foꝛtitudinē humoris cōbusti:ꝛ iō significat in egritudinib⁹ pectoris mortez.Et rascatio bona est alba plana equalis:ꝛ que cū facilitate expuit̄. ¶ Et apata significāt demōstrationē sup hūores operantes ea per signa significātia sup foꝛtitudinē humorum.Et doloꝛ significat sup cām que operat̄:ideo ꝙ doloꝛ acut⁹ significat ꝙ hu.sūt calidi:ſ3 doloꝛ martilin⁹ ꝛ doloꝛ silis pūctioni acus grosse nō sūt nisi ex hu.frigidis sicut doloꝛ colice: aut cā humoris lapideati:sicut accidit in renib⁹ cā arenularū.Et apata simil'r ex signis cārum faciētiuz manifestātur.ꝛ q2 pulsus in re apatū signū hꝫ ꝓpriuz:ob hoc de ipso nunc loqui disposuim⁹. ¶ Et dicim⁹ ꝙ apatū calidorum pulsus tensus est paruus: velox:spissus: vari⁹ varietate serrina.Et tensio vero fit ꝑpter materiā organū extēdentē: paruitas vero ꝑpter duriciē ꝛ organi asperitatē fit: velocitas ꝛ spissitudo ꝑpter recōpensationē fortis magnitudinis fiūt quā amisit:serrinitas vero fit:q2 virt⁹ organū extēdit:q2 ꝛ nō est organū obediēs ꝛ ipsius ptes nō eq̄liter extendunt̄:ꝛ ob hoc vna alteri resistit:ꝛ ꝑpterea ille motus serre motui assimilat̄. ¶ Sed apatuz colericoꝛuz pulsus spissioꝛ sanguineoꝝ pulsu est: ꝑpter ipsoꝝ fortitudinē caloris ꝛ magis ad serrinitatez declinat eo ꝙ colere siccitas indurat mēbrū. ¶ S3 apostematū flegmaticoꝛū pulsus paruus ꝛ rarus ꝛ tardus ē: ꝑpter foꝛtitudinē frigiditatis ꝛ virtutis debilitatē:ꝛ in hoc dispositio serrina oio nō existit propter humoris faciētis humiditatez. ¶ S3 humorum melācolicoꝝ apostematum pulsus durus est: ꝛ asper ꝑpter humoꝝ siccitatē: ꝛ est tard⁹: ꝛ rarus: ꝛ ad serrinitatem manifeste declinat:ꝛ cū his oib⁹ est occultus ꝛ rarus.

Et de rebus per quas cognoscuntur apostemata que fiũt in p̃ncipalibus mẽbris est febris: ⁊ ideo hec est vna de rebus que ostẽdũt de apostematibꝰ q̃ cõsueuerũt facere saniẽ: qꝛ apostema qḋ nõ facit saniẽ nõ habet calorẽ extraneuꝫ sicut apostemata que sunt causa ventositatis aut duriciei. Sed mẽbra in q̃bus visibiliter manifestantᷣ sũt cerebrũ: epar: stomachus: ⁊ itestina gracilia: ⁊ splen: ⁊ renes: ⁊ vulua: ⁊ vesica. Ista sunt genera signoꝝ per que species egritudinũ cognoscunᷣ ƀm regulã huius artis vniuersalem. Et si ego nõ recolerẽ signa ⁊ cursuꝫ qui currit in hac arte: hoc est dicere si ego nõ ꝯsiderarẽ in vnoquoqꝫ membro cõsiderationẽ ꝓpriã: tũc cõsideratio vl̓is sufficere videretᷣ: sed volo sequi vestigiũ Gal̓. ad maiorẽ cautelaꝫ. s. ad loquẽduꝫ de rebꝰ particularibus: eo ꝙ hec est via q̃sita in hac arte. Et nos narrabimꝰ egritudines mẽbroꝝ manifestorũ: ⁊ narrabimus signa significãtia sup̱ ipsa cũ cautela ⁊ cõplemẽto verboꝝ particulariũ que cũ vniuersalibus dici nõ possent. Et etiã qꝛ multa signa ex his cũ accipiunᷣ particulariter nõ sũt signa: eo ꝙ plus apprehẽdunt q̃ꝫ egritudo ipsa: vel q̃ꝫ mẽbrũ infirmũ: ⁊ ꝓpter hoc necessariũ est loqui super oĩa accidẽtia que sunt ꝓpria vnicuiqꝫ egritudini: verbi gratia: qꝛ dolor pũgitiuus in latere cum fe. ⁊ tussi. ⁊ pulsu serrino signũ ẽ apostematis dyafragmatis. Sed maior pars egritudinũ mẽbroꝝ iterioꝝ que indigẽt demõstratione sũt apostemata: vel mala cõpl̓o mãlis: vel nõ materialis. Sed ƀm Gal̓. consideratione in res particulares narrare oportet. Sed de his breuiter dicemus egritudines mẽbroꝝ ꝓprias narrãtes signa sup̱ eas significantia ostẽdemus a cerebro incipiẽtes. dicimus ꝙ oẽs male cõplexiones eidẽ sup̱uenire possunt vt calide: fri. sic. ⁊ hu. ⁊ vniuscuiusqꝫ istarũ signa significãtia dispositioneꝫ plenius ostendenᷣ: sicut oculoꝝ rubedo ⁊ faciei: ⁊ actualis calor dominiũ sanguis: aut humoris calidi significat. Et ꝓprietas male ꝯplexionis calide aut frigide est: vt eidẽ dolor cõiungatᷣ: tamẽ in cõplexione calida fortior existit: sꝫ humida vel sicca dolorẽ nõ efficit nisi parũ. Sꝫ quãdo est sola humiditas tũc sola grauitas sentitᷣ: ⁊ humida ꝯplexio cerebri cognoscitᷣ a capitis grauitate: ⁊ a multo somno: ⁊ a sensuũ capitis ebetudine. Et siccitatis signa his existunt cõtraria. Et possibile est vt cõplexio adueniens capiti sit p̃ncipaliter adueniẽs ex capite. ⁊ possibile ẽ vt ab alio veniat mẽbro: sed ꝓ maiori parte accidit causa stomachi. Et signũ huius est quoniã soda ꝓmouetᷣ quando angustiatᷣ stomachus ad vomẽdũ: vel qñ a cibis vacuus existit: aut qñ cibaria corrupta sũt in stomacho. Et istḋ est generale: qm̃ dolor capitis augmẽtatᷣ qñ augetᷣ stomachi egritudo: ⁊ minuitᷣ qñ minuitᷣ. Et possibile est ꝙ accidat ex colligãtia duarũ venarũ que noĩate sunt in arabico guideꝫ. Et sunt vene sõni: qm̃ accidit in capite dolor q̓ dicitᷣ emigranea: ⁊ signũ huiꝰ est signa significãtia repletionẽ occipitij. ⁊ possibile est vt accidat ex colligãtia totiꝰ corpis: ⁊ signũ huius est signa significãtia repletionẽ vniuersalẽ. Et cerebro aduenire possunt oẽs spẽs apostematuꝫ calidoꝝ ⁊ frigidoꝝ. Et aliqñ mẽbrũ egrũ cognoscitur ⁊ egritudo a ꝓprijs ipsiꝰ opationibus in ipso sicut in egritudine fixa in cerebro ꝯcomitanᷣ alienatiões que diu cõtinuanᷣ cũ eo: ꝙ si ꝓpter colligantiã alteriꝰ mẽbri existãt sicut accidit ꝓpter apostema dyafragmatis cõcomitanᷣ alienatiões que nõ ꝯtinuanᷣ cũ eo. Itẽ accidẽtia que sensibus adueniũt sunt cognitionis species egritudinis mẽbri ꝓprie sicut apostema colericũ in cerebro factũ malas p̃bet cogitatões: ⁊ quasi festucarũ de pãnis euulsionẽ adducit ⁊ vigiliarũ multitudinẽ: ⁊ cũ mala dispõne de sõno excitanᷣ. Et ꝙ ex sanguine fit minus vigilare facit q̃ꝫ illḋ qḋ de colera fit: ⁊ hꝫ risuꝫ ⁊ letitiã: sꝫ ꝙ a colera fit: sequetur ira ⁊ furor. Sed qḋ de melãcolia fit ⁊ illud alienationem sensuũ promouet: excepto ꝙ timor ⁊ plãctus hoc cõcomitanᷣ. Sed qḋ ex flegmate fit corruptionẽ animaliũ virtutũ p̃bet ⁊ nõ intendit facere malũ. Sed signa ꝓpria dominij humoris apostema faciẽtis in cerebro sunt sicut rubedo faciei ⁊ oculoꝝ: ⁊ caliditas tactus: ⁊ fortitudo pulsus: qm̃ ista significãt abundãtiã sanguinis: ⁊ maxime qñ associabitᷣ eis regimẽ cõueniens sicut etates: cõplexiões: ⁊ tẽpora. Et nõ queras vt rememorẽ tibi signa multotiẽs quoniã rememorari debes eoruꝫ que tibi dixi. Et pulsus super apostemata significans habet a sua ꝓprietate varietateꝫ tremoris: qḋ est: qꝛ in mẽbro pãniculoso ꝓpter certamẽ: qḋ est inter virtutẽ ⁊ organi extensioneꝫ. Et hoc accidens in apostematibus calidis plus manifestatᷣ. In apostematibus vero flegmaticis ⁊ melãcolicis mollicies. Et humiditas que est in apostematibꝰ flegmaticis quasi vincit serrinã dispositioneꝫ: quam a parte membri consequi debet. Et pãniculi qui in cerebro apostemantur sunt pia mater ⁊ dura mater: ⁊ aliquãdo ipsa substãtia cerebri apostematur: ⁊ hoc maioris est periculi: ⁊ fortiora habet accidentia: qḋ est: qꝛ ex hoc consequitᷣ paralisis aut apoplexia Et dicitᷣ ꝙ aliqñ cerebri rete apatur. ⁊ hoc seq̃tᷣ dolor pulsatiuus pp̱ arteriaꝝ multitudinẽ. ⁊ ipsius ꝓpria signa sũt albi oculi: fortis rubedo: ⁊ palpebrarũ grossicies: ⁊ motus difficultas. ⁊ fe. vt dictũ est: ꝓpria in istis apatibus existit: sed tñ in apatibus calidis est acuta ⁊ in mollibꝰ est lenta. He sunt egritudines in q̃bus necesse ẽ iducere demõstrationẽ ⁊ ꝓprie in egritudinibus cerebri. ⸿ Sed epilẽxia ⁊ apoplexia ⁊ similes egritudines neruoꝝ oẽs iste egritudines sunt manifeste sensui: ⁊ iã diximꝰ eaꝝ causas in libris egritudinũ. Et q̃ remanẽt loq̱ sũt signa q̃ sũt ꝓpria cuiusqꝫ cause cãrũ egritudinũ. Et hoc inuẽtuꝫ est in eis pluribꝰ ex causis. ⁊ ẽ inuẽtũ in eis ex colligãtia alioꝝ mẽbroꝝ: sicᷣ est relaxatio. qꝛ iã declaratũ ẽ in libro egritudinuꝫ ꝙ humor qui facit ẽ cã flegmatis. ⁊ põt esse ꝙ sit cã melãcolie. Sed si ẽ ex aquositate aut vẽtositate: in hoc est differẽtia inter medicos. ⁊ si põt cẽ vt sit in cerebro p̃ncipal̓r ⁊ ex colligãtia alioꝝ mẽbroꝝ. ⸿ Sed cognoscere ista signa maxime põt sciri per p̃terita. qꝛ iste egritudines eueniũt pluribꝰ de causis. Ecce q̃ significãt sup̱ ipsa sũt signa q̃ significãt sup̱ abũdantiã hũoris. ⁊ ꝙ eius qḋ iuenitᷣ ex colligãtia alteriꝰ mẽbri dicta sunt iã fit via: p̱ quã demõstratur: ⁊ hoc est ꝙ egritudo multiplicatᷣ in mẽbro ex colligantia ⁊ minuitᷣ ex minoratõe: ⁊ iterũ qꝛ in mẽbro leso nõ stat fixa egritudo. ⁊ iõ: qꝛ oĩa ista accidẽtia manifestant ꝙ he egritudiẽs nõ sunt in mẽbro p̃ncipali. ⸿ Et scias ꝙ differẽtia q̃ iter egritudines mãles: ⁊ nõ mãles existit: est. qꝛ mãlis dominiuꝫ illius hũoris ostẽdit: ⁊ q̃ p̃ma essentia a non mãli existit: si causa hoc efficiẽs a rebꝰ exterioribꝰ causetᷣ. hec erit malicia pauca ⁊ p̱seuerantia erit breuis sicut dolor capitis q̓ a calore ꝓuenit solis: ⁊ sicut egritudo q̃ nomiatᷣ terabi: q̃ ab aere serenissimo q̓ mẽbra nutritiua lesit: ꝯtingit. Et q̃ mala cõplexio a scḋa existit eẽntia est sicut spasmꝰ aut ⁊ ethica que a nimia siccitate fit: ⁊ hec spasmi spẽs ab alijs spasmi speciebus diuersificatᷣ: qꝛ paulatiꝫ aduenit: ⁊ eiꝰ timor est magnus: hec sunt signa egritudinis.

⸿ Capitulum. XLVII. Quod est de signis egritudinũ oculorum.



Incipiamus nũc signa egritudinis oculoruꝫ. dicamꝰ ꝙ he egritudines sensui visus manifestanᷣ: ⁊ in hoc nõ indigemꝰ nisi cognitione cause: ⁊ hũc meũ sermonẽ cõplebo cũ de oculorum medicatiõe sermoneꝫ ordinabo: sꝫ hic dicã signa q̃ cognitionẽ egritudinuꝫ oculoꝝ manifestant: hec lesio est q̃ aduenit neruo per quẽ ad oculũ spiritꝰ currit aĩalis: aut que eideꝫ accidit spiritui. Et neruus qui ad oculũ dirigitᷣ leditᷣ aut mala cõplexione mãli: cũ apostemate vel opila-

tione:aut pp malaꝫ cōplōnē ſine apate vel opilatione. Et
ſigna male ↄplōnis cū apate ī oculis ſūt manifeſta.ſic pul
ſatio:rubedo ⁊ calor: ⁊ ſigna opilatiōis ſūt ſola grauitas.
Et ſigna male ↄplōnis oculoꝝ manifeſtāt̄ ſꝫ ꝙ oīs mala
ↄplō manifeſtat̄. Et opilatiōes q̄ ī eo ſūt fiūt ſic egritudo
q̄ noiat̄ abiaſal:⁊ ē opilatio facta īter corneā ⁊ humorē cri
ſtallinū : ⁊ hec opilatio apparēs eſt.hāc vō egritudinē ꝓce
dit vapoꝝ eleuatio ad partes ſupiores . Et pōt eſſe vt iſti
vapores ꝓpter colligātiā ſtomachi aſcendāt quos ſtoma
chus trāſmittit cerebro:⁊ etiā poſſūt a ſolo cerebro eleua/
ri. Et differētia inter iſtos eſt : qꝛ vapores a ſtomacho ve/
niētes creſcūt ⁊ decreſcūt pp bonitatē digōnis ſtōi ⁊ ma/
liciā ipſius. Sed qñ a cerebro fiūt in ſua fixione firmant̄
tamē ⁊ in eis qui a cerebro fiūt aliqua addit̄ malicia pro/
pter ſtōi maliciā . Et dicūt ꝙ vapores a ſtomacho aſcēdē/
tes ambos oculos equaliter turbant. Sꝫ opilatio que ꝓ/
pter decurſuꝫ aque ſuperioris aduenit vtplurimū vni ſo/
li oculo accidit.

¶ Cap. XLVIII. Qd̄ eſt de ſignis egritudinū auriū.

ET aurib⁹ etiā fit egritudo ꝓpter duas ſpeci/
es male ↄplōnis: vt mālē: ⁊ nō mālē : ⁊ fiunt ī
ipſis apata: ⁊ opilatiōes: ⁊ dolores : ⁊ gñaliter
egritudines que ſūt oībus alijs mēbris gña/
les: dolorum: ⁊ apatū: ⁊ puſtularū : ⁊ ſimiliū: ⁊
hec ſigna ſūt ſigna ꝓpa egritudinū ipſarū . Et ſigna calidi
apatis auricularum ſunt dolor infixiuus grauis: qꝛ mem/
bruꝫ eſt neruoſuꝫ ⁊ cartilaginoſuꝫ: ⁊ pulſus ſerrin⁹. Et ſci/
as ꝙ maior pars humoꝝ faciētiuꝫ talia apata eſt humoꝝ
ſubtiliū ꝓpter obtuſitatē vel duriciē ſube ipſoꝝ mēbroꝝ
⁊ aliqñ cū his apatibus fit fe. cōtinua: ⁊ maxime qñ apa ē
in radice loci noīati ſumac. Et maior pars egritudinū que
fiunt in aure eſt exufflatio: ⁊ tinitus ꝓpter intus ventoſi/
tatis expulſionē ⁊ incluſionē: ⁊ dicit̄ ꝙ hoc eſſe pōt acuita
te ſentiendi: ⁊ demōſtratio ſuper hoc eſt ꝙ ibi nō eſt ſignū
ſuperabundātie humoruꝫ.

¶ Cap. XLIX. Qd̄ ē de ſignis egritudinū naſi.

NAſo ſupueniūt opilatiōes: ⁊ apata cū ↄplōne
mala māli: ⁊ non māli : ⁊ ꝓpria apata in ipſo
ſunt que deriuata ſunt a noīe illius vermis q
ramiſſe noiat̄. hic ē ille qui multos hꝫ pedes
⁊ ſigna iſtius egritudinis ab eiſdem quibus ⁊
alie egritudines cognoſcunt̄ ſignis.

¶ Capi. L. Qd̄ eſt de ſignis egritudīs oris.

EGritudines vero oris oculis manifeſtant̄. ⁊
ob hoc ꝑſcrutatione ſignoꝝ ipſoꝝ nō indige/
mus.

¶ Cap. LI. Qd̄ ē de ſignis egritudinū gule.

ET gule fiunt apata ⁊ egritudines que etiā el/
daucha dicunt̄. i. ſtrangulator: ⁊ perſes appel
lant aſcheaꝫ. Et cognoſcunt̄ a dolore ibi exi/
ſtente: ⁊ cū cōſtrictione deglutionis: ⁊ quādo
creſcit ↄſtrictionē fac̄ anhelitus: ⁊ pōt fieri vt
hꝫ extiguat ſpiritū. Et cauſa hui⁹ a ſignis humoꝝ ibi domi
nātiū cognoſcit̄. Et pulſus in hoc apate eſt vndoſus: ⁊ eſt
qꝛ hoc apa in mēbro eſt muſculoſo: ⁊ diuerſificat̄ hoc apa
ſm magnitudinē ⁊ paruitatē: ⁊ ſm hoc eoꝝ termīatiōes
al̄. particularia iudicant̄. Et hoc ex ſignis bonis ē vt apa ī
partibus exterioribus manifeſtet̄: aut ꝓpter tumorē: aut
aliud ſignū: aut ꝓpter dolorē per tactū. Et ipſoruꝫ ſpecies
ſm Gal̄. ſunt quinqꝫ. vna eſt que fit in meatu gule que ex/
tremitatem epiglotis attingit. Secunda eſt que nec foris
manifeſtatur: ⁊ in gula non apparet: ſed ex hoc patiens q̄/
ſi ſtrangulationeꝫ percipit. Tertia eſt quando gula exte/
rior eſt inflata. Quarta quādo intus ⁊ extra tumet. Quin
ta quando lacerti colli appodiantur : ita ꝙ ſpondilia in/
tus contrahuntur.

¶ Ca. LII. Qd̄ ē de ſignis egritudinū pulmonis.

ET pulmoni multe egritudines fiūt quarū q̄/
daꝫ ſunt cōes: ⁊ quedaꝫ ꝓprie. cōes ſunt ſicut
apata: vlceratiōes ⁊ cōtinuitatis ſolutio: pro/
prie vō ſicut tuſſis ⁊ egritudo que dicit̄ beth
horra. i. difficultas anhelitus. Et apa pulmo/
nis cognoſcit̄ a forti anhelitus ſtrictura: ⁊ a cōcuſſione fi/
xa cū ipſo ꝓpter iſtius mēbri ad cor ꝓpinquitateꝫ ⁊ pecto
ris grauitatē: ⁊ a forti tinctura pomoꝝ maxillarū: ⁊ ab oī/
bus ſignis dñationis ſanguinis cognoſcit̄ : ꝓpterea: qꝛ vt/
plurimū in hoc mēbro apoſtema a ſanguine concreat̄: qd̄
eſt: qꝛ colere ſpſio in eo ꝓpter ſue ſubſtātie molliciē eē nō
pōt: ⁊ etiā ꝓpter multā humiditatē ad ipſuꝫ tranſmiſſaꝫ:
⁊ tamen nec etiaꝫ ꝓpter hoc apoſtema flegmaticum niſi
raro in ipſo conficitur. Et dolor in apoſtemate iſtius mē/
bri ſignum non eſt: quia hoc membrum inſenſibile eſt. Et
pulſus neceſſario eſt talis q̄lis apatū calidoꝝ: excepto: qꝛ
in eo vndoſitas eſt manifeſta ꝓpter molliciē mēbri. Et ſo
lutionis ↄtinuitatis iſti⁹ mēbri ſignū ē: qꝛ ſil̄ ⁊ ſel̄ ſanguis
egredit̄ multus rube⁹: arenoſus: ⁊ cū tuſſi : ⁊ hec fiunt aut
ꝓpter cauſas extrinſecas: aut ꝓpter reuma deſcēdēs: aut
ꝓpter percuſſiones in pectore factas. ¶ Et ſputuꝫ ſimil̄r
apa pulmonis manifeſtat dūmō cōiungat̄ cū ſignis predi
ctis: qd̄ eſt: qꝛ poſſet fieri ēt in apatibus q̄ fiunt in pānicu/
lis. al̄. pelliculis coſtarū. Et ex ſignis laudabilib⁹ in apate
pulmōis eſt ſputū albū ⁊ equale : ⁊ qd̄ ſuauiter egreditur:
quēadmodū illaudabile ē ſignū in quo dñiuꝫ aliquoruꝫ
humorū manifeſtat̄ ⁊ maxime ſputū nigruꝫ: ⁊ poſt illud ē
citrinū ⁊ poſt illud rubeū. ¶ Et ſputū rotūdū qd̄. Y. dixit
eſſe ſūmū malū in pulmōis egritudine ē: qꝛ ſignificat ꝑdi
tionē ſup hūiditatē nālē: ſed tuſſis nō ē ſignū niſi cāe effi/
cientis. Et cauſas ipſi⁹ tu ex alijs libris nouiſti.

¶ Caplm. LIII. Qd̄ eſt de ſignis egritudinū pectoris.

ET egritudines q̄ manifeſtiores ſunt in pecto
re: ſunt apata ⁊ oppilatiōes. ¶ Et apoſtema/
ta vtplurimū fiunt in pellicula īteriori tegē/
te coſtas q̄ egritudo nominat̄ xazibera: q̄ in
lingua noſtra pleureſis noiat̄. Et in his apo/
ſtematibus ꝓpria ſigna ſūt dolor fixus extenſiuus fe. acu
ta ⁊ tuſſis cū ſputo: ⁊ pulſus ſerrin⁹. Et aliquādo hec apo/
ſtemata fiunt in muſculis qui ſub pāniculo ſunt: ⁊ tūc hec
paſſio apoſtema lateris dicit̄ : ⁊ tūc hec ſigna ſūt poſterio/
ra dictis ſignis. Similia tamē ipſi⁹ accidētia ſunt debilio
ra ⁊ minus timoroſa: nec dolor adeo fixus eſt : qꝛ nō eſt in
mēbro pāniculoſo nec in pulſu ſerrinitas ſic manifeſtat̄.
Et aliqñ apoſtema fit in pāniculo pectus diuidēte. ¶ Et
aliquando dyafragma apoſtemat̄ : ⁊ ſequit̄ hic ſenſus alie
natio ⁊ inquietudo magna.

¶ Cap. LIIII. Quod eſt de ſignis egritudinū ſtōi.

ET ſtomaco adueniūt ſpecies cōplexiōis ma/
le vt materialis : ⁊ nō materialis ⁊ adueniūt
apata ⁊ vlceratōes. ¶ Sed ſpecies male cō
plexiōis nō materialis qñ remiſſa eſt a reb⁹
extrinſecis eſt creata: ⁊ ille ſunt illi⁹ ſigna de
monſtratiua ſicut aduētus aeris vel cibi frigidi. Sꝫ ſi fue
rit intenſa erit aut mala cōplexio calida ⁊ ſicca q̄ ethicaꝫ
īducit: aut erit frigida ⁊ ſic. ⁊ ſenectutis erit ethica. ¶ Et
ſignū ambaꝝ egritudinū ē ꝙ in hoc mēbro illa ſigna ma/
nifeſtant̄ q̄ in ambabus egritudinib⁹ his manifeſtari ſo/
lent: qd̄ eſt: qꝛ mēbrū hoc fortiter demacrat̄. Et quādo pa
tiens ſupin⁹ iacet: tūc percipit ſtomaci diſpoſitionē fouee
alicui ſimileꝫ eſſe. Et ſtercus molle egredit̄ ⁊ indigeſtū: ⁊
vl̄r ipſi⁹ virtutes omnes debilitant̄. Sed mala ipſi⁹ mā/
lis cōplexio hꝰ eſſe pōt : aut vt ipſa ſit ībibita vel in cōca/
uitate ipſi⁹ fixa aut ab alio mēbro tranſmiſſa: ⁊ pōt eſſe vt
res ambe adinuicē cōponant̄: ⁊ hoc poteſt: aut ab vna aut

a duabus materiebus esse. verbi grã: sicut si in ipso sit hu- mor colericus: ⁊ ipsi humor flegmaticus trãsmittat̃. Et si ipse fuerit flegmaticus humor ab eo ruct⁹ ꝓueniet aceto sus: ⁊ si fuerit coleric⁹ fiet fumosus. Et differẽtia que est iter humorẽ fixũ ⁊ trãsmissũ est: qꝛ trãsmissus per secessuz aut vomitũ exit. Sed ibibitus ⁊ infixus neutrũ hoꝝ attẽtat: sed conat̃ ad vomendũ ⁊ nihil ꝓycit. Et signũ appropriatũ colere est tremor labij. Et humoris melãcolici i stõ signa sunt vĩtutis visibilis ĩpedimẽtũ: ⁊ acetositas acerba in ore. Differẽtia võ que est inter ꝯplõnẽ mãlẽ ⁊ nõ mãlez est ꝓpter humorẽ ꝑ vomitũ vel secessũz exeũtẽ. Et in passione stomachi vrina grossa mãlẽ ꝯplõnẽ peccãtẽ significat. Sed apata fiunt aut in fundo stomachi: aut in ipsius ore. Et hoꝝ quedã sunt calida: q̃dã frigida: ⁊ q̃dã ex gñe cancri: ⁊ q̃dã sunt vẽtosa. Et oẽ apa qd in stõ soporat̃ seq̃tur fe. ⁊ dolor fixiuus: ⁊ maxime qñ in ore stõi orit̃: qd ẽ: qꝛ illa pars magis neruosa exit: ⁊ ẽ colligãtie pnceps: ⁊ ob h̃ ꝑiculosior ea que in fundo existit: ⁊ eidẽ sincopis: ⁊ sensus ⁊ alienatio seq̃t̃: ⁊ frigida apata sequunt̃ dolores debiles ⁊ fe. lenta. Et apatib⁹ que in stomacho cancerosa fiũt sine dolore ⁊ fe. fiũt: ⁊ si esset ethice assimilaret̃: aut mixtis fe. Et ꝓpriũ signoꝝ hoꝝ apatũ est ructus putridus corrupt⁹ cũ operationũ debilitate: hoc ẽ qꝛ cib⁹ egredit̃ indigestus ⁊ alia accidẽtia his siĩa. Et vl̃r signa que dñiũ humoruz significãt: illa eadẽ sunt signa que significãt illũ humorez qui h̃ facit: ⁊ vtplurimũ attestant̃ ei ꝯplõ etas ⁊ regimen: ⁊ alia his siĩa iuuãt ad hoc cognoscẽdũ. Sed vlceratio q̃ in eo fit cognoscit̃ ab ardore vel cõbustione que in eo fit: ⁊ ꝓpter paucaz mordicationẽ: raro tamẽ fit vt vlceretur stomachus: nisi sit etiã vlceratio in gula aut ore.

¶ Cap. LV. Qd est de signis egritudinũ epatis.

In epati accidũt opilatiões ⁊ apata: ⁊ species male ꝯplõnis oẽs. Signũ apatis epatis nõ tñ ꝓpriũ est fe. atq; tussis ⁊ illius loci dolor: ⁊ ꝙ quasi ꝓpriũ ẽ grauitas loci qui trachea noĩatur: ⁊ maxime qñ in gibbositate epatl apostema existit. Et sepe signa apatis costarũ cum signis apatis epatis cõmiscẽtur: quia sepe dolor apatis epatis peruenit ad eundez locuz ad quem dolor apostematis pellicule costas tegentis reperit̃: ⁊ tunc hic nullũ ꝓpriũ signuz reperitur: ⁊ cum his omnibus accidit tussis: tamẽ in epatis apostemate non fit multuz sputuz. Et aliquãdo erit sputuz in apostemate panniculi maxime quando apostema saniez facere inceperit. Et propterea sputuz in pncipio signum sufficiens nõ erit: nec est differentia propria inter apostemata epatis ⁊ pleuretica nisi in qualitate doloris: quia in pleuresi est dolor fixus ⁊ extensiuus: ⁊ qui in epate est aggrauatiuus. Et in pulsu etiã differẽtia existit: quia in pleuresi est serrinus: in epate vero vndosus: ⁊ dicitur ꝙ aliqñ apostema fit in epatis lacerto. Et figura apostematis epatis est lunaris. Sed figura apostematis lacerti est oblonga: vel quadrata: ⁊ vnus angulus ipsius est grossus ⁊ alter subtilis.

¶ Cap. LVI. Quod est de signis egritudinũ splenis.


In spleni omnes species male complexionis accidunt: ⁊ opilationes ⁊ apostemata ⁊ ventositas inflatiua. ⁊ signa apostematis splenis sũt dolor grauis ⁊ febris ⁊ accidẽtia que corpori adueniunt propter h⁹ membri egritudines: ⁊ opilationis signa sola grauitas existit: ⁊ signa ventositatis inflatiue solus dolor est extẽsiuus. Et ex apostemate ⁊ opilatione splenis sequitur macies totius corporis. ⁊ ideo dicit. Y. quando splen crescit tunc corpus attenuat̃: ⁊ quando decrescit tũc corpus inspissatur.

¶ Capitulum. LVII. Quod est de signis egritudinum renum.



In renibus accidit species male cõplexionis ⁊ opilationes ⁊ apostemata. Et discernuntur a vesice egritudinibus ꝓpter lapidis ⁊ arene generationẽ. ⁊ magis ꝓpria species male cõplexionis que renibus cõuenit est egritudo q̃ bolbarabris nominat̃ que in latino dyabetica dicit̃: ⁊ cuz forti siti ⁊ vrine fluxu ⁊ febre. ⁊ apostematis calidi sunt signa: dolor aggrauatiuus in renib⁹ sentitus: ⁊ dolor in alcatim factus cũ febre vrine cõstrictione. ⁊ qñ patiẽs sup latus sanũ decũbit videt̃ vt alius ren super ipsuz suspẽdat̃. ⁊ hoc ꝓuenit quãdo est in statu aut declinatione: ⁊ in maiori parte in his apostematibus fiunt febres errantes aut iuncte in apostematibus frigidis ⁊ lẽtis: ideo qꝛ febris nõ aduenit apatibus mẽbroꝝ pncipaliuz: nisi quãdo apostemata erunt parata saniem facere. Sed signũ generatiõis lapidis in renib⁹ est dolor fixus ab ipsius generatiõis pncipio quousq; natura illos abycit extra s; illos qui dicũt ꝙ lapides isti in substãtia renũ generant̃: ⁊ ideo aliqñ cuz istis sanguinis exitus adest. Et qd verius apparet est ꝙ in concauitate renũ generant̃ ⁊ dolor qui est in hac egritudine: ⁊ accidentia doloris accidẽtib⁹ que in colica inueniuntur similant̃: ꝓpterea qꝛ stomaci distẽperantia ⁊ vomit⁹ his duabus egritudinib⁹ cõmuniter accidũt: ⁊ casus similiter appetitus. ¶ Et differentia istaꝝ difficilis est maxie in egritudinũ pncipio: sed in fine manifeste diuersificant̃ ꝓpter in colica ventris esse cõstrictionẽ: ⁊ humoꝝ cognitionẽ ⁊ multã ventositatẽ. ⁊ etiã lapides generati in renibus arenam ostendũt in vrina. Et signũ discretiuũ in hoc est operatio clisterioꝝ: qꝛ si patiens ꝓpter clistere requiez inueniet sicut accidit. S. sine dubio hic dolor colicus erit: ⁊ si ꝓpter clisteria aggrauat̃ ꝓculdubio renalis est. Causa est qꝛ clisteria intestina replent ⁊ distensionẽ in eis operãtur: ⁊ tunc opprimunt̃ renes ⁊ dolor fortificat̃. Sed signa que vlcerationes significãt ẽ dolor vlceratiuus sine grauitate ⁊ extensione: cuz exitu sanguinis aut saniei. ⁊ aliqñ egrediuntur cũ vrina frusta fustis carnium similia: ⁊ hoc accidit qñ in substantia renum corrosio fit.

¶ Cap. LVIII. Quod est de signis egritudinũ vesice.



Et in vesica manifestiores egritudies que in ipsa generant̃ sũt lapides qui in ipsa generãtur: ⁊ apostemata ⁊ vlcerationes ⁊ strãguria ⁊ sine voluntate vrine exitus. Sed signuz lapidis in vesica ẽ dolor qui in vesica sentit̃ cũ virge pruritu: ⁊ virge erectione: ⁊ relaxatiões sine cã manifesta. ⁊ vrine cruditas: ⁊ albedo ipsius cum subtilitate: ⁊ difficultas exitus vrine: ⁊ arenarũ apparentia in ipsa. Sz cõstrictio vrine fit aut ꝓpter membrũ mãdãs ipsam: aut ꝓpter meatum qui a renibus ad vesicã tendit. Et his duobus vnũ est cõmune accidens: ⁊ hoc est vrine difficultas. Sed diuersificatur in ipsis vt si a renibus ibi dolor sentitur: si aũt a meatu ibi dolor adest. Et aliquãdo ꝯstrictio fit vrine ab ipsa vesica: aut a meatu qui ad ipsam ꝓgreditur vesicã: ⁊ ista duo similiter in vno accidẽte cõmunicãt. hoc est qꝛ vesica repletionẽ recipit similiter ⁊ meat⁹. Sed diuersificant̃ in hoc: qꝛ qd a vesica ꝓuenit quãdo vesica premit̃ ⁊ vrina exit. Sed qd a meatu ꝓuenit non emittit vrinaz: ⁊ si vesica exprimat̃ ⁊ oppilatio istius meatus fit a lapide: aut ab humoribus grossis sanguineis vel sanguie coagulato: aut ꝓpter ꝯplexionẽ frigidã dominantez: aut ꝓpter apostema: aut furunculos. ¶ Et signa harũ egritudinum sunt: quoniã si fuerit ex lapillulis significat̃ ex arenulis precedentibus: ⁊ si est ex coagulatiõe sanguis signũ est sanguis anticipatus. Et si ex sanie fuerit signũ est apostema qd pcessit. ⁊ si ex humoribus grossis fuerit significatur ex exitu pcedentis humiditatis. ⁊ cognoscunt̃ iste dispositiones per signa eadẽ cõueniẽtia, ⁊ si adinuicẽ iste di-

spositiones coniungantur difficile cognoscuntur a medico: quare quiete debet medicinare considerando primaz intentionem: ꝛ si ex illa lucratus fuerit sequatur illaz: ꝛ si non: dimittat. Et si pustula aut vlceratio est in vesica: qđ ab ea egreditur furfuribus aut laminibus assimilatur. Sz si he egritudies fiunt in renibus: qđ ab eis exierit frustis carnium assimilabitur.

¶ Capitulum. LIX. Quod est de signis egritudinum intestinorum.

In intestinis vtplurimuz fit egritudo que dicitur colon: apostemata: vlcerationes: ꝛ sanguinis fluxus. Sed sanguinis fluxus vlcerationem concomitatur: ꝛ iste sanguis cum fecibus egreditur a principio mixtus ꝛ aliquando ex substantia intestinorum egreditur. Et signum huius est dolor quando euacuantur humores ꝛ feces: ꝛ quādo apostema est in intestinis grossis hoc mō cognoscitur: quia cum patiens mordicationez sentit cogitur assellare: sed qđ ab apostemate exit cum fecibus non est admixtuz ꝛ si fuerit in subtilibus propter dolorē assellare non cogetur: ꝛ quod ab eis egredietur cuz stercore erit admixtuz propter vie longitudinem. Similiter si apostema in subtilibus fuerit dolor circa vmbilicuz sentietur: ꝛ cuz in intestinis fuerit grossis dolorem sentiet inferius. Et signa colice calide manifesta sunt ꝛ vniuersaliter ea que significant dominium humorum in omnē patientem ꝛ que propter ventositatem fiunt sunt dolor extensiuus ꝛ tortio intestinorum. Et si tortio fuerit cum rugitu grossam ventositatem significat: ꝛ que fit propter apostema cognoscitur a fortitudine doloris: a feb. a siti: ꝛ ab accidentibus ostendentibus dominationez humoris apostema facientis. Et egritudo fortissima que yliaca nominatur fortiora habet accidentia ꝛ mala ita ꝙ patiens cogitur vomere stercus. Et vtplurimum hoc accidens est propter apostema in subtilibus intestinis factuz: ꝛ potest fieri propter stercus putrefactum in eis: aut propter humorem grossum viscosum: aut propter herniam factam ex descensu itestinorū aut propter venenum receptuz. Et vniuersaliter hec egritudo in intestinis subtilibus est propria: ꝛ hec egritudo attribuitur virtuti expulsiue: cum suum naturalem motuz non habeat: aut debet attribui vniuersaliter opilationi. Et aliquando propter priuationem colere que ad intestina consueuerat transmitti quia per modum abstersionis adiuuat ad fecum debitam expulsionem. Et opilationes fiunt in illis propter humores aut apostemata: aut ꝓpter malā ꝯplonē frigidā ꝛ siccā que vias ꝯstringit: aut ꝓpter alias res positionē eoꝝ corrūpētes sicut vētositas q̄ ea facit tortuosa: ꝛ hernia.

¶ Capl'z. LX. Quod est de signis egritudinū vulue.

In vulue egritudies fiūt: quibus omnes species male cōplōnis cōmunicāt sicut ab his q̄ precesserūt tibi manifestuz est ꝛ sepe ipsi accidunt apostemata. Et horum signū est dolor fixus ꝛ pulsus serrinus: eo ꝙ mēbruz est neruosuz ꝛ feb. accidit eidē: eo ꝙ sit mēbrū principale aliquo modo ꝑncipalitatis. Et ex egritudinibꝰ que magis in ipsa ꝓprie sunt: ē egritudo q̄ mola nūcupatur: q̄ difficile a ꝓgnatione cognoscitur: eo ꝙ ablatio mēstrui ꝛ grossicies ventris cōmunicāt ambabus. Et signum discretiuuz est qz trāsit terminū motus embriōis absqz motu: ꝛ hoc accidit mult] annis: qz portari pōt donec ab ea moriatur aut absoluatur: ꝛ hꝰ ſm virtutis tenorē. Et aliqñ ei accidit vt eā ferat pluribꝰ ānis: demū parit frustū carnis: ꝛ aliq̄ moriunt̄. Item ꝓpria ē egritudo vulue illa q̄ suffocatio dr̄ matricis que fit ꝓpter mēstrui sanguinis corruptionē in vulua: ꝛ euenit ei sincopis ꝛ difficultas in anhelitu: ꝛ ꝑuatio sensus ꝛ motus ꝛ debiliter sentit̄ pulsus eius: ꝛ accidit eidē durities: ꝛ ipsiꝰ oris opil'o. Et hoc accidit ex reliq̄s apatis diu īduratis in orificio matricis. Et spēs male ꝯplōnis matricis si mālēs sint ab his q̄ ab ipsa egrediunt̄ cognoscuntur: ꝛ si non sint materiales a siccitate ipsius percipiuntur. Et generaliter signa que significant complexionez sunt signa significantia complexionez matricis: ꝛ de cetero instabimus super causas que operantur putredinē. Et completus est tractatus iuxta nostraz intentionez.

¶ Explicit liber quartus: qui fuit de signis.

¶ Incipit liber quintus: qui est de cibis ꝛ medicinis ꝛ est habens capitula quinquaginta ꝛ nouez.

¶ Capitulum. I. Quod est breuiter complectens intētionē huius quinti libri.



In primis sciendu3 est qđ sit cibus ꝛ quid medicina: ꝛ quot sint eorum operationes ꝛ qualiter operantur ꝛ proprie medicine: eo ꝙ habent multas operatiōes quas medici appellant virtutes primas scđas ꝛ tertias ꝛ ꝓprietates: ꝛ cum hoc dabimꝰ cognitionem haruz istaruz medicinaruz que operant̄ quālibet istarum operationum. Et postea speculabimur in operationibus earuz: hoc est vtrum via qua apprehendimus est per viā syllogismi soluz: aut per viaz experientie solū: aut per viam continentē vtrumqz: ꝛ hoc totuz erit postq̄ receperimus a naturalibus qđ erit recipiendū. Et quādo compleuerimus hoc recordabimur ꝓpriorum ciboruz ꝛ medicinarum quoruz multiplicata est scientia ꝛ experiētia in terminis naturalibus: ꝛ testificata sunt a cōmunitate medicorum aut a maiori parte. Et postea narrabimus modos compositionis ꝛ recordabimur eorum que manifestiora sunt secte cōponentiuz. ꝛ narrabimus nāz ꝯplonis ſꝫ viā quā nobis ostendent reguleille: ꝛ qñ cōpleuerimus hec: tūc ꝯpleta erit nostra ītētio in hac particula.

¶ Capl'z. II. Quod est de quiditate cibi ꝛ medicine.

Dicamus ꝙ cibus ē illud qđ ponit naturales partes cibati: ꝛ hec pars ē in specie partis dissolute. Sed medicina diuersificatur ab hoc. ideo quia quāuis ipsa sit ex rebus: que ponūt naturales partes cibati: illa pars nō est in specie partis dissolute: sed habet in se rem actiuam ꝛ alteratiuam. Et propterea quādo superuenit hec dispositio super dispositionem egritudinalez: que est contraria vocat̄ illa operatio curatio. Et hec est intentio diffinitionis: qua. G. diffiniuit cibum et medicinam: dicens ꝙ cibus est illud quod patitur a corpore. Et medicina est illud a quo patit̄ corpus. Sed si nos non intelligeremus ex verbis hoc qđ dictum est: non esset intellecta certitudo cibi ꝛ medicine. Et iaz opinatus est vnus ex nostris socys qui nominatur abuberti auensufu: ꝙ illud qđ diximus in hac diffinitiōe esset quasi ꝯriū verbis. G. ꝛ super hoc eidem multas trāsmisi ep̄las quousqz hoc plene intellexit.

¶ Capitulum. III. Quod est de operationibus primis quas operātur medicine in corpore humano que sunt prime.

In operationuz quas operantur medicine in corporibus humanis quedam sunt prime. sicut est caliditas. fri. sic. ꝛ hu. ꝛ quedaz earum sunt secunde: sicut maturatio: digestio: mollificatio: resolutio: ꝛ apertio: ꝛ multa alia similia istis que enarrare debemus: quādo declarabimꝰ nāz medicinaꝝ que faciūt hꝰ: ꝛ fuerūt vocate secūdarie: qz sequunt̄ mēsurā mixtiōis p̄riarū v̄tutū: ꝛ q̄daz eaꝝ sunt tertie q̄ sūt ꝓpe i certis mēbris: ꝛ sūt q̄si ꝯntes scđaꝝ. Et ē cōueniens in primis narrare quomō he habēt agere in cor

poribus has operationes: et quomodo habet pati a corporibus eorum passiones: et hoc sciemus quando sciuerimus per quem modum nutritur nutritus. Et dicamus iam declaratum est in naturali philosophia quod membra que primo nutriuntur sunt membra similia: ideo quia cibus primo conuertitur secundum ordinem quem habet in corpore cibati in humiditatem similem humiditate fixe in membris consimilibus et miscetur cum eis per eundem modum quo miscentur adinuicem res liquide: propterea quia non est alter modus per quem natura possit restaurare rem dissolutam omnibus partibus membri nisi per modum mixtionis: et quando erit permixtum secundum hunc modum: tunc habebit essentiam in ipso: et post hoc assimilabitur illud membro: hoc est quia dat eidem vnam coagulationem stabilitatis similem stabilitati membri. Et est ibi declaratum quod hoc fit per decoctionem: et decoctio fit per calorem qui est in cibato: non quod calor sit primus motor in hac re sed est anima nutritiua: propterea quia operationes caloris non sunt determinate nec ordinate ad vnum finem manifestum. Et postquam ita est videndum est quomodo dicitur cibus esse temperatus aut medicina: et quomodo dicitur super quemlibet eorum vt sint distemperati: quamuis melius sit appropriare temperantiam cibo: sicut est melius appropriare distemperantiam medicine: propterea quia cibus qui habet propter suam virtutem et suam preparationem vt conuertatur ad humiditatem similem humiditati radicali que est in membro consimili: et calori intrinseco simili calori qui est in cibato ita vt sint idem secundum omnem modum: et hoc est solum in eo qui est temperate complexionis vel propinquus ei: et per hunc modum dicitur quod cibus sit temperatus sicut erat panis grani et carnes gallinarum iuuenum et similia istis: quia quantitas partium prestitarum corpori ab istis cibis est idem cum partibus que fuerunt dissolute. Sed temperantia medicine est propinqua huic: sed diuersificantur in quantum non habet virtutem restaurandi partem equalem quantitati rei que dissoluta est ex corpore: et propterea non potest homo nutriri ex temperata medicina: et si comedat ex ea tantum quantum comeditur ex cibo. Sed quando dicimus quod medicina sit temperata intelligitur eius temperantia quod quando comeditur ex ea quantitas que non est sensibilis comparando eam quantitati partium dissolutarum a corpore: quia tunc non inducit in corpus rem extraneam: quia si homo comederet ex ea quantitatem sensibilem secundum quod comedisset de cibo induceret in corpus ex necessitate rem extraneam: quamuis difficile sit inuenire medicinam temperatam in operationibus omnibus. ¶ Et secundum hoc debes intelligere quod quando dicimus quod medicina est calida: et frigida: humida: vel sicca: et dicimus etiam de cibo nostra intentio non est nisi equiuoca: sicut tu scis quod quando dicimus de vino quod est calidum in secundo gradu: et similiter crocum non intendimus vt sit idem calor. Et postquam declaratum est quid sit cibus temperatus et medicina temperata et qualiter operentur in corpore ex hoc potes intelligere viam per quam dicimus esse distemperatos: et hoc dicimus in qualitatibus primis: idest quomodo calefacit medicina: refrigerat: et humectat: et exiccat. Quia medicina que conuertitur in chilum calidiorem temperato chilo: aut in calidiorem quam est pars corporis: hoc est ad partem calidam: illam medicinam dicimus calidam: quia calor dicitur quod sit vna rerum que calefacit hominem plus debito: et quod generatur ex hoc chilo est calidius debito: et sanguis qui est materia caloris naturalis est calidior debito. Similiter humiditas radicalis in quam conuertitur sanguis est calidior suo modo: et sic de necessitate calefiunt omnes corporis partes. Et sic dicitur de medicina frigida quia non refrigerat nisi quia conuertitur in locis digestionis ad diminutum calorem: magisque calor corporis sit: ita quod chilus qui ex ea generatur est diminutus a calore corporis: et non dicitur veraciter vt refrigeret: quia calor naturalis non habet aliquam viam generandi frigiditatem: et sic debes dicere in sanguine et humiditatibus que sunt in membris et in humiditate et siccitate omnium partium corporis. ¶ Et quando medici speculantur operationes medicinarum in corpus facile est eis dicere qualiter calefaciunt: sed difficile est eis dicere qualiter refrigerant. ita quod .G. dicit sicut fugitiuus. quod non fit nisi per diuisionem medicinarum in paruas partes. Et si non refrigeraret medicina nisi per diuisionem ipsius in partes minutas. ergo necessarium esset nobis dicere quod esset frigida in actu: sed hec medicina frigida non est frigida in actu: neque etiam calida est calida in actu: sed hec res eque bene competit medicine calide: sicut medicine frigide: quia res conuertibiles quando conuertuntur in partes minimas facilius conuersionem recipiunt. Et quamuis medicina sit passibilis a corpore per viam quam diximus: non est impossibile vt patiatur ab ea per alium modum. Nam vides quod cibus est passibilis a corpore: et tamen iuenis cibum qui mutat corpus secundum aliquem modum et secundum aliquam latitudinem: et si hoc inuenitur in cibo qui est appropriatus passioni et tamen vincit aliquo modo eorum. ergo hoc maxime debet iueniri in medicina que victorie appropriatur et mutationi: quia veraciter debemus dicere quod quamuis aliquando vincatur: tamen non deserit propriam suam virtutem hoc est substantialem. Sicut dicitur quod arbor egipti occidebat dum erat in egipto: et quando remota fuit ab inde nutriebat. Et dicit Aristo. quod in terra latinorum sunt duo flumina ex quorum vno si oues biberent generabunt masculos: et ex alio feminas. Et hoc non est nisi propterea quia cibus ex vna parte est similis et ex alia dissimilis: et ex parte similitudinis est patiens: et ex parte dissimilitudinis est agens. Et hic est modus medicinarum que dicuntur calide aut frigide in potentia. hoc est propter preparationem quam habent: quia non est in aliquo compositorum calor in actu nisi in animalibus: propter eorum perfectionem et indigent calore extrinseco magis: et propterea non inuenitur in eis temperantia elementorum sicut in animalibus. Sed res simplices que non nutriunt sicut quatuor elementa non dant corpori quando adueniunt ei intus vel extra nisi qualitatem: ideo quando obuiant nostris corporibus mouent corpora: sed non mouentur a nostris corporibus. propterea quia qualitates cum quibus operantur elementa in corporibus sunt in actu sicut est calor in igne et frigus in niue. Et quando elementa mouent corpora ipsa non mouentur. i. non conuertuntur. Et quando medici volunt de mensuris preparationum narrare que sunt in medicinis: quia indiget hoc in medicatione: ordinauerunt gradus per modum comparationis corpori temperato: et posuerunt quamlibet qualitatem in quatuor gradibus. s. calidum in primo secundo tertio et quarto: et sic de frigido sicco: et hu. et de humido non videtur quod possit transire tertium gradum. Et quod pertransit quartum gradum est res venenosa que corrumpit corpus: et iste sunt vie primarum actionum et passionum medicinarum.

¶ Capitulum. IIII. Quod est in generali considerans de operationibus secundis et tertijs quas operantur medicine in corpore humano.



Et nos volumus incipere narrare de virtutibus secundis et tertijs: et dicere naturas medicinarum quibus hoc operantur et qualiter operantur. Et dicamus quod medicine que sunt composite ex elementis quando alterantur a corpore aut alterant corpus: quedam eorum sunt que assimilantur ei quod est in eis ex virtutibus elementorum sicut sunt ille que dant caliditatem: frigiditatem: sic. et hu. similem in qualitatibus que sunt in illis: et quedam actionum aut passionum que non assimilantur ei quod est ex virtutibus elementorum: sed sunt operationes consequentes primas virtutes elementorum: et hoc est propter locum subiecti in quo operantur: sicut ille que habent indurare: mollificare: denigrare: rubificare: et si

milia:⁊ locus subiecti in quo manifestant̃ iste operatiões circa quodcunq̧ membrum si indeterminatuȝ fuerit appellant̃ iste virtutes secũde. Et qñ operabunt̃ in ꝓprium mẽbꝝ: tũc dicent̃ virtutes tertie sicut sunt medicine q̃ ꝓuocant vrinã ⁊ que mũdificãt pulmonẽ ⁊ que generãt spma ⁊ que frangũt lapidẽ ⁊ similes istis. ¶ Et postq̧ dictũ est de virtutibus scđis ⁊ tertijs dõm est de nã operationum istaꝝ medicinaꝝ manifestioꝝ ⁊ incipiamus a scđis. Et dicamus ꝙ istaꝝ medicinaꝝ quedã sunt maturatiue: hoc ẽ que faciũt saniẽ: ⁊ quedã eaꝝ sunt mollificatiue: quedã induratiue: ⁊ quedã aperitiue: ⁊ quedã opilatiue: ⁊ quedam euaporatiue: ⁊ q̃dã petrificatiue: ⁊ quedaȝ stiptice: ⁊ quedã lenitiue ⁊ silẽs his. Et debes scire ꝙ medicina que est appropriata alicui operatiõi nõ dicit̃ habere illã ꝓprietatẽ nisi comparatione ad corpus tempatũ vel ad ꝓpinquũ tempantie: ⁊ medicus expꝫtus in hac arte qñ cadit ad manus ipsius aliud corpus distempatũ debȝ arbitrari medicinã ꝭm mẽsurã quã videt ei esse magis iustaȝ ⁊ magis cõuenibilẽ in virtute medicine q̃ hȝ facere operationẽ istaȝ in tali corpore: ⁊ experiẽtie habẽt hic locũ magnũ. Uerbi grã. postq̧ sciuerimus ꝙ medicĩa maturatiua est illa cuiꝰ calor est equalis calori corporis: debemus ĩtelligere hanc ꝓportionẽ ꝓpriã vnicuiq̧ corpori ꝑ se ⁊ facere cõparationẽ ꝓpriaȝ tali corpori. Et hoc nõ fuit solũ in ꝯplõne ꝓpria vnius ĩdiuidui: sȝ etiã in vnoquoq̧ mẽbro ꝑ se: ꝓpterea qꝛ medicina que facit saniem in testiculis non facit saniẽ in aure. ⁊ nõ oȝ ꝙ medicꝰ has res tradat obliuioni: ⁊ expꝫientia hȝ in istis vijs ⁊ arbitrijs magnũ posse.

¶ Caplm̃. V. Quod est de medicinis maturatiuis.

DEinceps narrãda est natura illius medicine q̃ operat̃ operatiões supradictas: ⁊ ĩcipiẽduȝ est a maturatiuis. Et dicamus ꝙ maturatio est opꝫatio caloris nãlis in suba mãe sicut dictũ est in alio loco. Et maturatio est ordinata ꝭȝ ordinẽ quẽ hȝ digestio in cibo: hoc est in tribus digestionibus. Et qñ spargit̃ ad aliud mẽbꝝ mã q̃ egredit̃ a nã in quantitate: aut q̃litate aut in vtrisq̧ sil' ⁊ putrefit illa mã: tũc generat̃ in illo mẽbro de necessitate vnus calor mixtꝰ ex nãli ⁊ extranea: ⁊ si mã illa est apta recipere digõneȝ fit ibi sanies ⁊ maturat̃. Ideo qꝛ alba sanies est media inter digõneȝ ꝑfectã ⁊ diminutã: eo ꝙ est alba: qꝛ mãe nõ sunt apte ad recipiendũ digõneȝ ꝑ maiori parte: nisi qñ egrediunt̃ a sua nã in q̃ztitate. Sȝ qñ egrediunt̃ a nã etiã in qualitate: tũc est in eis digestio difficilis: hoc est qñ tẽdunt ad malã q̃litatẽ sicut ad humores adustos ⁊ silẽs illis. g̊ ars cõueniẽs in sili re ẽ ꝯfortare virtutẽ mẽbri: qꝛ calor nãlis est q̃si sepultus in mẽbro suꝑ qđ est sparsa hec mã: ⁊ ꝓpterea est necesse vt medicĩa habeat ex sui nã vt faciat digõneȝ: sicut medicĩa q̃ assimilat̃ calori ĩtrinseco q̃ debet esse temperata in caliditate ⁊ humiditate: vel sit declinãs aliquãtulũ ad calorẽ: ⁊ ꝓpterea qꝛ calor ĩtrinsecꝰ q̧ est in mẽbro põt esse refrigeratus ꝓpter multã mãm sparsaȝ in eo: aut ꝓpter q̃litatẽ. Et qñ ꝯparamꝰ taleȝ medicinã q̃lis est hec corpori humano dicimus ipsaȝ esse tẽperatã: ⁊ qñ ꝯparat̃ parti dñanti in ipsa ex ꝑtibus eloꝝ dicimꝰ ꝙ est talis aut talis. Et de medicinis tempatis est aq̃ cal'a tempati caloris ⁊ oleũ dulce oliue qñ guttatiȝ cadit suꝑ apa ⁊ sicut cataplasma factũ de farina tritici coctũ cũ aq̃ ⁊ oleo dulci. Et debes scire ꝙ medicina q̃ facit saniẽ in vna ꝯplõne nõ facit in alia: ⁊ silr̃ in quolibȝ mẽbro corporis sicut dictũ est superius: ⁊ ꝓpterea medicus expꝫtus dȝ ex se ponere gradus istis medicinis. verbi grã. qꝛ medicĩa q̃ ĩducit saniẽ q̃si in p̊mo gradu est cal'a vt cataplasma supradictũ: ⁊ supra illã in gra. est que facta est ex pane ꝓpter salẽ q̧ ibi est ⁊ super hãc illa: q̃ facta est ex fermẽto. Et q̄daȝ dicũt ꝙ medicine opilatiue sunt maturatiue: sed hoc est ꝑ accñs sicut cerotum factum ex cera ⁊ oleo rosato: propterea quia quando pori clauduntur calefit membrum ⁊ materia maturatur. Et quidam dicunt ꝙ medicine maturatiue maturant: ꝓpterea quia faciunt in materia rem propter quam est facile nature diuidere ipsam materiam temperando qualitatem materie aut subtiliãdo ipsam. Et potest esse vt in vna medicinarum inueniatur maturatio cum omnibus istis modis: ⁊ erit in composito per artificium: in simplici vero per naturam. Et etiam dicitur ꝙ medicina maturat propterea quia rectificat in qualitate caloris naturalis illud quod permutatum est per calorem extraneuȝ: ⁊ per hanc viam dicitur ꝙ psilium maturat apostemata calida: ⁊ ꝭm hunc modum ꝙ res frigide maturant apostemata calida Et diffinitio qua diffiniuit. G. maturationem nõ verificatur nisi in apostematibus que sunt difficilia ad maturandum ꝓpter nimiam debilitatem caloris naturalis: aut ꝓpter q̃ztitatẽ aut ꝓpter frigiditatem.

¶ Capitulum. VI. Quod est de medicinis mollificatiuis.

Ibere vo medicinas laxatiuas: etiā ꝫ ſignifi cat ſup q̄titatē eūonis: ꝛ īfans nō debꝫ eūari aliquo mō: neq꜄ decrepitꝰ etiā: neq꜄ debꝫ eūa ri tpe eſtatis niſi ducat ad hoc neceſſitas ma gna ꝓpter ſiccitatē magnā tp̄is ꝛ caliditatē ipſius: ꝛ qꝛ acqſiuit egritudini cōplōnē ſimilē cōploni eiꝰ: neq꜄ ſumēda eſt medicina tpe hyemis: eo ꝙ hūores ſunt duri illo tpe. Et medici laudauerūt farmaciā vere ꝛ autū no: qꝛ hūores nō egrediunť: vtplurimū tpe autūni a natu ra niſi in q̄litate ſolū. ¶ Hoīes vo quos nō cogit ad ſumē dā medicinā niſi ꝯſeruatio ſanitatis ſumere debēt poſtq꜄ pluerit: eo ꝙ pluuie frāgunt ſiccitatē illius tp̄is. Uerū eſt ſi cōmotio cōplōnis ſup eūonē medicine: eſt tpe in quo ē hūor in cōparatione cōplōnis: tūc nō debꝫ eūari niſi cū ti more: ſed cū erit ꝯriū minuas ex q̄titate. i. qñ aliqs hūor ſupabūdauerit. Et ꝯſuetudo qdē opať in hoc: queadmo dū in alijs. Qñ aūt erit intētio eūandi aliqḋ mēbroꝝ cor poris ſignificat ſup eūonē ipſius ſicut diximꝰ locus ſubie cti ꝛ colligātia mēbri: vbi gr̄a. qñ voluerimus eūare cere brū ꝑ viā flobotomie minuemus cefalicā: qꝛ ꝓpter ma iorē colligātiā cerebri cū cefalica q̄ cū baſilica: ꝛ etiā qꝛ colligātia adiuuat in eūonē: ꝛ cum intēdimus trahere ad ꝯria. vbi gr̄a. cū nimis abūdāt mēſtrua apponimus ven toſas ad mamillas: ꝛ cū erit decurſus ſupfluus ex parte ſiniſtra naſi apponemus vētoſaꝫ ſup ſplenē: qñ vo erit ex parte dextra apponemus epati. ¶ De loco vo appoſitōis ſi eſt mēbrū qḋ intēdimꝰ eūare in alto corporis fiat eūa cuatio in īfimo corporis: ꝛ hoc eſt melius: eo ꝙ coaduna tur hic eūo ꝛ attractio: ꝛ ideo laudať vomitus in egritudi nibus exn̄tibus in iferioribꝰ corporis: ꝛ farmacia in ſupe rioribus. forma vo mēbri ꝛ creatio ipſius demōſtrāt ite rū ſup euacuationē ipſius: verbi gratia. nos ſcimus de cu ratione ſtomaci ꝙ poſſumus euacuare ipſū per vomitū ꝛ ſolutionem ventris: ꝛ ſcimus etiam de curatiōe epatis ꝙ euacuamus ex gibboſitate per ꝓuocationē vrine: ꝛ ex cōcauitate ꝑ egōnez. Et ꝓpterea figura membri eſt conſi deranda in tranſitu medicine: eo ꝙ non eſt conueniens apoſtemata ipſoꝝ per ipſa euacuare per tranſitū medi

cine fortis ꝑ membra ip̄a nec gule ap̄ata per gargarisma. Iteꝫ nobilitas membri ⁊ ipsius iuuamētum similiter ad cōseruandā suā naturaꝫ nos īducit: ꝓpterea qꝛ tale membrum cū corde maiorē colligātiaꝫ habet. verbi gratia. qñ epatis ap̄a in statu fuerit: ⁊ tunc de iure resolutiue essent ꝓpinā de īquantū ap̄a existit: sꝫ inquātū est in mēbro tali medicīa a rebus habētibus aromaticitateꝫ nō debet denudari: ꝓpterea qꝛ mēbrū multe sensibilitatis fortes nō sustinet medicīas. Sed de mala ꝯplone in seipsa a quibusdam credit̄ qḋ ⁊ ipsa neget euacuatiōeꝫ materiei facientis ipsaꝫ. ⁊ hoc nō est nisi in eūone que fit ꝑ medicinaꝫ laxatiuā solū: eo ꝙ facit malā complexioneꝫ abundare. Et iterum dicūt medici ꝙ nō debemus eūare cū medicīa laxatiua in ṗncipio febriū ꝓpter duritiē humoꝝ in illo tp̄e ⁊ ego declarabo hoc inferiꝰ. dicit Hypo. mulier pregnās nō debet flobotomari: nisi quādo embriōis virtus fuerit fortis: hoc est a q̄rto mēse vsqꝫ ad septimū: nisi humores fuerit furiosi: ⁊ farmaciā ꝯcedit tunc. Ego aūt dico ꝙ flobotomia qñ adest repletio qua embrio nō indiget nō est mala: sed farmaciam nō credo ad bonuꝫ ꝑuenire finē: immo necessario ledit embrionē: eo ꝙ in se substātiā habet venenosā ⁊ fortasse faciet malos humores fluere ad embrionē vt ipsuꝫ ledant: ꝓpterea medicine purgātes sunt medicine ꝓuocātes vrinā: ⁊ qḋ prouocat vrinā est de genere ꝓuocantiū mēstrua: ⁊ qḋ menstrua ꝓuocat abortire facit. ⁊ iste regule vl'es medicationis male ꝯplonis materialis ⁊ non materialis sūt sicut ṗncipia ⁊ clta ad illud qḋ breuiter dicere volumus in q̄libet istaꝝ specieꝝ. Et nūc incipiā in curis vniuscuiusqꝫ spērū istaꝝ: ⁊ diuidā hoc modo: q̄uis isto mō non ꝓcesserim in libro egritudinū: eo ꝙ hec via hic vtilis existit. Et dicamus ꝙ mala ꝯplo materialis aut nō materialis aut ē vl'is toto corpori ⁊ q̄ magis est manifesta ē febris: aut existit ꝑticularis vni mēbro soluꝫ. Et q̄ mālis existit sunt due species: qñ aut in ꝯcauitate mēbri exñs aut in ipsius sub̄a imbibita reperiet̄ absqꝫ aliqua grossitudine vel tumore in nāli mēbro euenienti: aut accidet mēbro grossicies mala q̄ ap̄a nominat̄ ⁊ incipiemus in mala cōplexione vl'i. ⁊ post hoc de mala cōplexione loquemur particulari in quolibꝫ membro: ⁊ post illud de apostematibus que illa sequunt̄: ⁊ principiuꝫ in febribus ab effimera faciemus.

Cap. V. Qḋ est de cura febris effimere in generali.

Et dicimus ꝙ intētio medicatiōis in illa due res existūt: vna ad remouēdum calidā ⁊ sic. malā ꝯplonē q̄ est in ipsiꝰ sub̄a: ⁊ hoc fieri dꝫ infrigidādo ⁊ humectando. Et alia vt cause extrīsece febrē facièti resistat̄: ob hoc qꝛ hec fe. nihil aliud est: nisi mala ꝯplo nō materialis q̄ vt plus a causis extrinsecis causat̄. Et mēsura infrigidatōis ⁊ humectatōis in hac fe. est ꝭm mensurā reꝝ particulariuꝫ: sicut est complexio aer: etas: ꝯsuetudo: ⁊ regio: ⁊ cause ip̄aꝫ facientes. Et scias ꝙ refrigeratio in febribus per se ⁊ per accidens fit. per se sicut ꝑ medicinas ⁊ cibos frigidos per accidens vero sicut balneari in aqua calida aut tepida: ⁊ maxime in hac feb. fit: eo ꝙ per ipsam in spiritualibus vapores dissoluuntur qui nisi resoluerent̄ corpus nimis inflāmaretur: ⁊ fortasse ad putridā conuerteretur: ⁊ propter hoc balneū est omnibus cura vniuersalis. Sed iter aquā existit diuersificatio secundū diuersitatē causaruꝫ facientium feb. ⁊ hec fe. secūdum plurimū accidit ꝓpter cutis densationem qḋ pluries accidit propter frigus: aut propter in aquis stipticis balneationeꝫ: aut propter necessariam balnei negligentiam: aut propter totius corporis siccitateꝫ: sicut illis accidit qui in aere calidissimo degūt. Et vere plurimum hec feb. accidit habentibus complexionem calidam et siccam.

Cap. VI. Quod est de cura febris effimere in sp̄ali.

Et de hac prima loqui volumus. ⁊ postea de complexiōe ca. ⁊ hu. ⁊ vltimo de cal. solū. Et dicimus ꝙ quādo accidit ꝓpter cutis inspissationeꝫ: aut ꝓpter aquaꝝ stipticaꝝ balneationē medicatio per contrariū illis erit balneatio in cal'a aut tepida aqua post declinatiōeꝫ ꝑoxismi: ⁊ fricatio vtilis existit ī exitu balnei cū oleo tepido ī quo nulla stipticitas reꝑiat̄: nō est necessariū balneuꝫ reiterare vltra semel sicut. G. faciebat: qui infirmū faciebat intrare bis ⁊ ter: eo ꝙ hoc regimē nō conuenit: nisi hominibus assuetis multū balneari: sed embrocatio post balneū cū aqua frigida vt mihi videtur iterata conclusionē faceret poroꝝ: nisi pori nimiū forent aperti aut corpus eēt nimis calefactum. Et melior cibus qui post balneū est ꝓpinandus si erit complexionis calide ⁊ sic. ⁊ tempus fuerit ca. est ptisana ordei: eo ꝙ infrigidat ⁊ hūectat: ⁊ adiuuat ad expellēduꝫ superfluitates per omnes suas vias: ⁊ post huius digestionem dandi sunt pisces petrosi: carnes perdicuꝫ ⁊ similiū. Et si aliū fecerit paroxismū balneū ⁊ dietam hāc reiterare debes. Et aliquādo ꝓpter nimiā tristitiam ⁊ multā irā fit: ⁊ propter multam in sole moram. Et que ꝓpter iram accidit maiori indiget refrigeratione q̄ꝫ illa que ꝓpter vigilias aut ꝓpter tristitiam ꝑuenit: ⁊ nulla istaruꝫ indiget fricatione: sed balneo soluꝫ. Et que propter vigilias ⁊ tristitiam fit maiori indiget humectatione somno ⁊ gaudio. Et que ꝓpter moram plurimā in sole accidit indiget refrigeratione: ⁊ vt longā in aqua calida cōtrahat morā: ⁊ facta fricatione cum oleis frigidis ⁊ inungat̄ cum oleo viol'. ⁊ similibus. Et quando ꝓpter multaꝫ accidit frigiditatem balneum intret caliduꝫ: ⁊ balnei calidus aer vtilior existit balneo aque. Et cibi temperati eē debent aut ad caliditatem declinantes vt turtures coturnices ⁊ similes: ⁊ aqua mellis valde vtilis est: caput vō talium oleo ro. inungatur: ⁊ alys actu calidis: quēadmoduꝫ alys frigidis in actu inungi debent. Et scias ꝙ vniuersalis medicina omnibus patientibus effimerā existit balneum exceptis patientibus reuma propter frigus. Et in effimera ab apostematibus inguinum aut subascellaruꝫ causata: et si causa reumatis calida fuerit. Dicit. G. ꝙ balneum intrare debet: ⁊ hoc non dicit nisi quia sufficiēs est in humorum subtilium digestione: sed grossos disperget per totum corpus: nec balneari debet nisi post digestiōis complemētuꝫ. Et vina aquosa alba aromatica omnibus istis vtilia sunt si bibere assueti fuerit: ita ꝙ post digestionem bibantur: nam plura habent iuuamenta q̄ꝫ aqua. nā vinum natationem cibi in stomaco vetat: ventositatē resoluit: vrinam prouocat ⁊ sudorem: animaꝫ letificat ⁊ adiuuat naturam ad expelleduꝫ superfluitates quādo patientes hanc feb. debilitatem incurrūt digestionis: ⁊ maxime habētes ipsam ex vigilia vel tristitia. Sed que a fessitudine est tantū in sua curatiōe indiget dieta versus frigiditatem tendente: ⁊ vt cibetur quantitate tali q̄ nauseam non inducat. Sed illi qui hanc feb. patitur ex fame propinanda sunt cibaria valde ⁊ cito digestibilia tendentia ad frigiditatem ⁊ humiditatem: ⁊ ꝓpter hoc si cibaueris tales in principio paroxismi non febricitabunt. Sed si ꝓpter cutis fuerit cōstrictionē in primis tribꝰ diebꝰ erit sufficiēs fricatio: sicut cū semine melonū. milij aut ordei farina: aut fabe vel orobi: ⁊ que appropriant̄ ꝓpina sicut squinzibī cū aqua ireos. ⁊ capill'. vene: ⁊ viol'. et si hec sufficere nō vident̄: ⁊ fe. tertiū transierit diē: aut tu arbitratus fueris a ṗncipio vt tāta fuerit in corpore repletio vt ꝓpter fricationē ⁊ aptionē sine vl'i eūone egrum ledere posses. ob hoc qꝛ tale medicamen in corporibus plenis plus opilat q̄ꝫ aperiat: tunc medicatio talium media

inter effimerā ⁊ putridā3 esse ds3. hoc est in flobotomia ⁊ corporis mollificatiōe. ⁊ hoc facias fm excessum a signis ꝯsideratum. ⁊ fm ꝙ ab experiētia ⁊ bonitate extimatiue poteris pscrutari: qꝛ ꝓpter solā doctrinam certificari nō posses ꝙ in vnoquoqꝫ idiuiduo faciendū sit in ꝗtitate ⁊ qualitate i hac arte. ⁊ necessaria est in hac arte preter vniuersaliū reruꝫ cognitōē3 experiētia: ꝓpter quā particularia pncipia habeant: in eo qđ in vnoquoqꝫ idiuiduo fieri debet. Et scias ꝙ ista pncipia scribi nō possunt omnia: qꝛ sunt infinita. ⁊ ista pars scientie medicinalis nobis vetat pfectiōe3 habere in hac arte: eo ꝙ magis est appropriata experiētie ꝗ rōi. ⁊ ꝓpter hoc dixit Hypo. ars lōga ⁊ vita breuis. Et egomet nō studui ī hac sciētia vt videat mibi vt sim sufficiēs: sicut videt multis medicis nostri temporis: q multū elōgati sunt ab eoꝝ intentiōe: exceptis filijs Auenzoar ⁊ maxime aboaly ⁊ filio eiꝰ abenaria3: cui deꝰ ꝯseruet vitā. nā isti veri magistri sunt in sciētia medicinali. Reuertamur ad dcm̄ nostrū ⁊ dicamus ꝙ maioꝛ pars istius fe. a stipticitate ꝓuenit ⁊ siccitate. ⁊ maxime in complexionibus calidis ⁊ complexiōes siccas habētibus. Et hec eis nō ꝓuenit: nisi qꝛ cibi permutantur in eoꝝ stomacis ad fumositatē: ⁊ quibus superuenit eis fluxus ventris ⁊ pluribus eorum quibus hoc accidit: accidit propter corruptionem ciboꝝ ⁊ ipsoꝝ mordicationē. Et aliquando accidit illis ventris cōstipatio. qđ prauum existit. ⁊ constipatio hec accidit ꝓpter caliditatē ⁊ siccitatem. ⁊ virtutis expulsiue debilitatem: ⁊ sic dicendum est de medicatione vniuscuiusqꝫ istorum per se.

¶ Capitulū. VII. Quod est de cura febris effimere quando est cum fluxu ventris.



Et dico ꝙ illi cui accidit fluxꝰ vētris in ipsiꝰ curatione consideratio est habēda. Ita ꝙ si hūoꝛ eductus ē ⁊ fluxus cessauit: fac ipm ingredi balneū: ⁊ ipm ciba cū ꝯfortantibus stomacū: ⁊ ipm stōm cū vnguētis ꝯfortantibus vnge. S3 cū fluxus ē in statu meliꝰ est vt in balneū ipsos ire nō pmittas. hoc. G. dicit: s3 noui medici medicant fortē fluxū cū balneo: qꝛ dicūt ꝙ attractōē3 facit ad oppositā partē. ⁊ ꝗuis ita sit nō ē ꝓpria medicia: sed ē p accn̄s. ⁊ iō qꝛ est p similitudis viā. Et tu scis ꝙ ꝯriū ds3 expelli per suū ꝯriū. vn̄ hoc qn̄ possumus ē dimittendū. S3 patiēs ē cibādus absqꝫ positōe ipsius i balneo: imo debes ꝯseruare vt rectifices ipsiꝰ stōm euacuatōe cessante cū lana ifusa i oleo absinthij ⁊ oleo ro. ⁊ si masticē ꝯtritum accepis ⁊ cū oleo ro. miscueris: ⁊ pdicte lane ifuderis: multo fortiꝰ opabit. Et vlr scias ꝙ in mēbris pncipalibus nō est supponēda medicina actualr frida. ꝗuis potentialiter frida existat. Et si fuerit multa inflammatio in ore stomaci misceas cū istis oleis succū extremoꝝ vitiū ⁊ succu3 citoniorū. ⁊ aliq apponūt cerā ⁊ faciūt idē cerotū. Et aliq ex hac medicina miranť: ⁊ dn̄t. cū eger os stomaci habeat mala ꝯplone calida viciatū. cur. G. ponit masticē cu3 oleo ro. ⁊ nos rn̄demus ꝙ significatio hec recepta a mala cōplone sola est alia a significatōe recepta a ꝯplone mēbri. Ob h qꝛ intētio medicatōis istiꝰ mēbri est vt fortificeť cū medicinis hn̄tibꝰ aliqđ stipticitatis cu3 amaritudine ⁊ aromaticitate. Et pp hoc pmi expimētatores nō curabant debilitatē stomaci: nisi cu3 his supradictis. Et pole est vt multis hoibus nocebāt: eo ꝙ malā ꝯplones3 non ꝯsiderabāt. sicut dicit. G. vni accidit q malā ꝯplonem habebat in stomaco calidā ⁊ sic. Multum ergo ꝯsiderandū est si mala ꝯplo est tāta vt ipsa3 nimiū timeamus: studebimus solū in oris stomaci ꝯfortatōe. ⁊ si nō admiscebimus cum his frigidas medicinas obseruato vt sint illis siles in stipticitate. ⁊ tales medicie sunt multe. S3 si fluxus nō cessauerit nō desistas ipm cibare cū rebus stipticitate3 hn̄tibus. ⁊ fm ꝗtitatem fluxus ipm rege. Na3 si paucus sit fluxus sufficit panis biscoctus cū zuccaro vel succo ro. cōfectus: aut citonioꝝ succo. Et si multus sit fortioribus vtere vel pane biscocto ordei cū succo citonioꝝ: ⁊ vinū pomoꝝ granatoꝝ est bonus cibꝰ fm. G. Sed si cessauerit fluxus mica panis ꝯueniēs est. Et si supuenerit casus appetitus sumat electuariū citonioꝝ cū aliquātulo mastice cu3 succo extremoꝝ vitis. Et. G. vtiť hoc electuario citonioru3 qđ cōposuit in fine regimis sanitatis. S3 medicina in q̄ intrat pip aut res calide tūc est vitāda: ⁊ maxime in climate nostro tempore calido ⁊ calida ꝯplone. Et quādo istis accidit ventris constipatio: tunc ꝯsiderandū est in quo loco fit cibi retētio. vtrū in stomaco aut in itestinis. si est in stomaco. G. precipit dari cōfectionē triu3 pipeꝝ: sed non de forti in qua intrant medicine: sed de debili quā posuit in libro de ingenio sanitatis. Et hec medicina non est conueniens: nisi illi in quo cibus permutatur in stomaco ad acetositatem: quia stomacis calidis ⁊ nausea3 ex caliditate habentibus hec nō erit vtilis medicina. Et est dictum G. qđ iam declaratum est in egritudinum libro ꝙ virtus membroꝝ eque debilitatur per complexiōem calidam malam sicut per frigida3: quia aliquod membroru3 non habet sua accidētia nisi p mēsuratum calorē. Et si debilitať p cōplonē fridā est hoc subale. eo ꝙ est ei necessariu3. Et ꝓpter cōplonē calidā erit per accidens sicut sol fortis qui extinguit ignē. ⁊ caloꝛ fortis fornacis extinguit cādelam. Silr pōt dici fm G. de debilitate stomaci que fit ꝓpter cās calidas ⁊ nauseas calidas. ergo G. nō respexit nisi ad frigiditatē que stomaco accidit per accidens in hac arte: et hoc curare intendebat. ¶ Sed prouidendum est super complexionē malam: ⁊ sic medicine misceri debēt. Sed credo ꝙ clima suu3 ipsum in hoc sustentauit. ¶ Et mibi videtur ꝙ electuarium citoniorum mixtum cum ligno aloes: mastice: gar. multum valet si sit taliter compositum vt frigiditas citonioru3 vincat ipsorum caliditatē. Et non est tradendum obliuioni de modis compositiōis harum compositionum: quoniam si voluerimus frangere virtutes ipsarum medicinarū absqꝫ citonijs potes hoc facere cū extremitatibus vitiū: vel cū alijs rebꝰ frigidis: ⁊ stipticis: ⁊ medicus in hoc prouisoꝛ esse debet vt resistat ei qđ plus est timendum. ¶ Et melius est ꝙ caloꝛ qui ex hac prouenit mixtione sit in primo gradu. ⁊ quando fuerit necesse frigiditatem stomaci remouere diminuat res frigidas: sicut nos diminuimus in aliquibus quantitatē calidarum quando non opoꝛtet complexionem calidam procurare. ⁊ Galienus precepit embrocari ventrem istorum cum aqua calida: ⁊ intendit per hoc ventrem mollificare: s3 quia mollificatio nocet stomaco: opoꝛtet ꝙ fiat cum timoꝛe: ⁊ ꝗuis mollificatio sit huic congrua egritudini nature membꝛi contraria existit. Ob hoc est necesse has duas res miscere aut semper rem conuenientem ordinare. ¶ Sed cum cibus ex stomacho descendit: tunc embrocatio valde vtilis existit: hoc obseruato ne cibus idigestus ad membra trahať embrocata: ⁊ hic clistere melius est omnibus que fieri possunt: ⁊ si nō est mordicatio aut vētositas tunc sufficit clistere factum ex melle oleo: ⁊ aliquantulo sale: ⁊ si mordicatio fuerit: tunc admisceantur pinguedines anseris ⁊ galline. Et si ventositas affuerit necesse est vt in oleo coquatur parum rute: et semina resoluētia ventositatē: sicut semē apij ⁊ cimini ⁊ similiu3. Et vētositas cū nausea in hoc loco significat ꝙ naturalis caloꝛ debilis est: ⁊ ꝓpter hoc nō est calefaciendum nec refrigerādum: sed vtrisqꝫ vtendu3 erit: ⁊ aliquando hec febris tribus diebus perdurat: sed non timeas ⁊ rege ipsos post exitum paroxismi: et post euacuationem ventris ponendo ipsos in balneo: et ciba ipsos cibis conuenienti-

bus. Sed ex nausea acetosa hec fe. non fit ob hoc: qꝛ ex illis suba fumosa nō generat̄ que spūm inflāmet. Et scias ꝙ in cōplexiōibus frigidis ꝛ humidis raro hec febris accidit. similr̄ neqꝫ in fridis ꝛ siccis. Sed calida ꝛ sic. oībus paratior ad hoc existit. ꝛ propter hoc illud qđ plus nocet corporibus sic dispositis est fames. ꝛ exercitiuꝫ temperamentum excedēs ꝛ negligentia balnei. Sed qui febricitant feb. que fit propter bubonicum apostema quod fit in subascellis ꝛ inguinibus vltimū medicamē illius apostematis est curatio. Et si ꝑpter reuma hoc accidit medicine purgantes necessarie existunt. Et si fuerit ꝑpter sanguinis abundantiam minutiōe indiget: qꝛ hec preseruat ne in vlteriores egritudines cadat. Et. G. precipit vt has febres patientes ponantur in balneum: sed mihi non placet vt fiat nisi in declinatiōe. Et hoc sufficit in medicatione effimerarum: coniuncto tamen hoc causis exterminatis in libro egritudinum.

¶ Cap. VIII. Qđ est de curatōe febriū acutaꝝ arsiuaꝝ.

Einceps volumus loq de febrib⁹ arsiuis vel acutis q̄ dicunt̄ arsiue. ideo qꝛ iste febres sūt medie īter putridas ꝛ effimeras. Et dicimus ꝙ iam dcm̄ est in libro egritudinū: ꝙ hec febris fit ex multo sanguie: ꝛ sunt species due: vna est dū sanguis nō est putrefactus: ꝛ alia est: dum sanguis iaꝫ putrefieri incipit. Et vnaqueqꝫ istaꝝ trino disponetur modo. Unus est vt homotenus cōtinue affligatur a principio vsqꝫ ad finē equaliter. ꝛ hoc fit ꝑpterea: qꝛ idē qđ dissoluit̄ est equale ei qđ resoluit̄. Secūdus modus ē vt a ꝑncipio augmētetur vsqꝫ ad finem. ꝛ hoc accidit propterea: qꝛ illud qđ dissoluit̄ est plus eo qđ resoluitur. Tertius modus est vt a ꝑncipio vsqꝫ ad fineꝫ decrescat: ꝛ hoc fit ideo qꝛ illud qđ dissoluitur minus est eo qđ resoluit̄.

Et qꝛ hec febris fit propter oppilationem ꝑm vasa: medicatio ipsius erit per flobotomiaꝫ: ꝛ maxime cū nō est sanguis putrefactus. Et. G. hic dicit ꝙ quando natura fortis est extrahamus vsqꝫ ad sincopiꝫ. ꝛ dicit ꝙ ꝑpter hoc corpus refrigeratiōnē habebit. ꝛ possibile erit vt colera abyciat̄ per partem superiorē aut inferiorē. Et dicit hanc medicatiōnē in hac fe. eē necessariā. Et ego dico ꝙ hec quātitas euacuationis artificialiter nō existit: imo valde est erronea: eo ꝙ hec ars imitat̄ naturā: ꝛ nunqꝫ fit crisis laudabilis ꝑ euacuatōeꝫ sanguinis vsqꝫ ad sincopiꝫ ꝑducentem: imo hec ꝑuenit a crisib⁹ malis: in qbus virtus expulsiua plusqꝫ conueniens est: expellit. Adhuc nō est intētio euacuationis inquātū est euacuatio: nisi ad remotionem supflui sanguinis peccātis quātitate: ꝛ ad cōseruationem quātitatis naturalis. ergo quomodo pōt sanguis euacuari vsqꝫ ad sincopim: nisi cum detrimēto sanguinis naturalis: hoc impossibile esse videt̄. Et. G. nō intellexit per hoc nisi subitā corporis refrigeratōem. ergo hec medicina accidētalis est piculosa. vnde melius est vt aliquātulum ex calore remaneat extraneo: q̄ calor naturalis diminuatur. Adhuc nō est credēdū vt in tali corpore quale ē istud non sit putrefactiōis alicuius humoris preparatio. ergo si diminuis calorē naturaleꝫ corrumpet̄ humor ꝛ virtus diminuet̄: ꝛ nō erit qui huius erroris faciat correctionē. Signa ergo ꝑ que cognoscimus febrē esse a putrefactiōe exemptā: sunt signa cōmutatiua ꝛ nō fixa. Cōsidera ergo quot in hoc loco eminēt picula. Et cum in hac febre apparent signa putrefactiōis per vrinā aut pulsuꝫ flobotomia non fiat vsqꝫ ad sincopim ꝑducens: qꝛ impossibile est vt post minutōeꝫ nō remaneat putrefactio vsqꝫ ad septimū diem: ꝛ ꝑpter hoc est necesse vt remaneat virtus sufficiēs digestioni. Et dicit. G. ꝙ qñ medicabis hāc febrē sanguis cuꝫ putredine: tūc nō est expectādū vsqꝫ ad digōneꝫ materie. Et ex hoc intelligere debemus ꝙ in principio flobotomare debemus. ꝛ demum potare aquā frigidam in niue frigidatā tādiu donec corpus ipsius ad friditatē deueniat. Et hoc fieri dꝫ ꝯsideratis certis ꝯsideratōibus. Prima est vt egritudo sit digesta. ꝛ vt ī visceribus nō sit apostema. ꝛ vt in ore stomaci non sit debilitas neqꝫ friditas. nec quādo infirmus nō est assuetus aquā frigidā bibere: ꝛ sic esse debet: qm̄ illud qđ hic inducit ad malam complexionem contrariū existit eiusdē rei que causam habet remouere: qm̄ aqua frigida humoreꝫ incrudat ꝛ impedit digestionem. Et impossibile est hāc febreꝫ integre remouere donec causa ipsaꝫ faciēs in corpore repiatur: ergo quomō potabit aquā frigidā habēs stomacū debilē ꝛ frigidū qn ei accidat timor ꝛ stupefactio ꝛ cōsimiles egritudines ex mala cōplōne frigida. Et iaꝫ īuenti sunt homines q biberunt aquā frigidā semel in quātitate multa: ꝛ ide ad cōstrictionē anhelitus deuenerūt ꝑpter friditateꝫ musculi vel nerui ꝛ dyafragmatis. ꝛ taliter ꝙ nō potuerūt aliqd deglutire: ꝛ q ipsam bibūt iam facta digōne: tunc naturā optime adiuuant: eo ꝙ tunc ibi iam aliud nō remansit: nisi mala complexio calida: ꝛ illa tunc remouetur ab aque frigide bibitione: ꝛ sic natura meliorem facit operatiōeꝫ in humore tali. s. perficiendo digestionem ꝛ malam materiā expellēdo: qm̄ ipsa mala cōplexio hoc facere ꝓhibebat: ꝛ hic est tractatus G. in potatione aque frigide in hac egritudine. ¶ Et debes scire ꝙ hec febris latitudinē habet magnā in suo calore ꝑm magis et minus: ꝛ ꝑpter hoc que fortioris caloris est dr̄ arsiua. i. causon. ¶ Et hec latitudo diuersificat̄ ꝑm climata. Et qñ oīa particularia concordant cum febre que est arsiua. ꝛ īfirmus multuꝫ desiderat aquā fridā: non in hac est digō expectanda: qꝛ eger ante digestionē cōsumetur: ꝛ si feceris ipsum pati vsqꝫ ad digestionis apitioneꝫ: tunc erit ipsius digestio mala: quēadmodum est nebula nigra aut hypostasis nigra propter nimietatem combustiōis: ꝛ tūc aque frigide exhibitio nō valebit. ¶ Et propterea melius est in principio sine etiā digestionis signoꝝ apparitiōe exhibere ꝛ nō curare: ex dictis aliquorum: quoniam hec res est veracissime probata. nam materia que talem facit febrem qualis ista est cū sit in vltimo caliditatis non est priuata digestione nisi ꝑpter malam qualitatē acutam: nō propter grossitiem nec propter viscositatem: ꝛ quādo hanc infrigidabis: tunc statim erit materia digesta: ꝛ melius est vt cōuertas taleꝫ febrem ad febrem lentam et longam que curari potest: q̄ eger subito moriatur. nam error qui fit in alteratione cōplexionis febrium facilior est q̄ mors. Et ego credo ꝙ illi quibus digestio debꝫ expectari si detur aqua frigida citius curarētur si eius virtus extitit fortis: q̄uis egritudo fuerit longa. Dicit enim Rasis ꝙ duo iuuenes in diebus canicularibus iter agebant: quoꝝ vnus erat dominus ꝛ alter seruus: ꝛ ambo hanc inciderunt febrem: ꝛ medicus domino aquaꝫ prebuit frigidam ꝛ seruo non propinauit. domin⁹ euasit: ꝛ seruus mortuus fuit. Et terre iste nostre medie sunt īter terras. G. ꝛ Rasis in tēperamēto. ꝛ egressi sum⁹ ex eo qđ nostre intētōis erat. ꝛ ꝑpterea qꝛ tractat⁹ curatōis isti⁹ febris ē vna ptiū tractat⁹ feb. putridaꝝ: ꝛ ꝑp hoc bonū fuit narrare medicamētū qđ vtrisqꝫ cōe existat.

¶ Capitulum. IX. Quod est de cura febrium putridarū: ꝛ primo de eis in generali.

Ed dico ꝙ febriū q̄ sunt ex mala cōplōne materiali: ꝑma illarū intētio duas ꝯsiderat res: hoc ē vt malā remoueat ꝯplōnē: ꝛ malā euacuet materiam. Et quia mā est cuꝫ calore putredinali accidit hic tertia intentio. hoc est vt remoueantur cause iuuantes ad faciendum putrefactionem: et est superflui diminutio ꝛ pororum apertio oppilatiōis. Et poroꝝ oppilatio accidit ꝑpter res stipticas

aut frigidas aut desiccatiuas: aut ꝓpter humorū grossi-
ciem aut viscositatē: ꝛ aliq̄n hec omnia aggregātur. ergo
tertia intētio est. vt vnūquodq; istoꝝ remoueat per ipsi⁹
cōtrariū. Ergo vtplurimū accidit vt cōtrarientur hec ac-
cidentia medicationi. ꝛ maxime quando superuenit acci
dens qđ est cōtrariū significationi medicationis febris.
¶ Sed quādo fuerit significatio recepta ab essentia febris
ꝛ causis ipsius: ꝛ vnū erit ɔtrariū alteri: tunc opꝫ medicū
considerare super accidētia si fortissima sint. Et si nō co-
gatur medicus a fe. vel accidentibus: tūc instare debꝫ re
motiōi cause: ꝛ per hāc viam remouebit̄ febris sicut est in
febribus de frigida causa: vt est fe. melancolie ꝛ flegma-
tis. Et si fe. fortior causa fuerit: tūc opponat se febri: saluo
vt cause nō obliuiscatur: ꝛ possibile erit vt cogātur ambo
cōsiderare equaliter. Et nos volumus in primis narrare
febres que nō habent accidētia resistētia eorum medica-
tioni. ꝛ postea narrabimus illas que habēt accidētia con-
traria: eo q tractatus resistentie accidētium est ali⁹ a me-
dicatione egritudinū: ꝛ etiam alius a medicatiōe accidē-
tium: qđ est: qꝛ eoꝝ medicatio est per remotionē causarū
sicut in egritudinibus. Sed resistere accidētibus fit cū
rebus que cito ea remouēt: ꝛ subito per cōtrariū: quāuis
vt aliquādo augmētant accidentiū casus sicut opium in
sūmis doloribus. Dicimus q frigiditas ꝛ humiditas in
omnibus febrib⁹ ingressum habēt per modū medicine ꝛ
cibi. ꝛ hoc in rebus assumptis in corpus. ꝛ hoc fit p̄ p̄mas
ipsarū virtutes solū. ꝛ aliquando fit vt aerem infrigide-
mus. ꝛ aliquādo vt ipsum calefaciamus: ꝛ aliquādo egrū
remoueamus de vno climate ad aliud: sicut fit in periple
monico cui prestamus vt vadat in ethiopiam vel ad ara-
biam. Sed euacuationes in febrib⁹ per flobotomiā vel
farmaciā fiunt p̄ virtutes secūdas aut tertias: aut p̄ pro-
prietates. ꝛ aliquādo fiunt p̄ balnea aut fricatiōes. Sed
euacuationes per exercitiū in febribus nō fiunt: ꝛ est con
siderandum in quo sit vnūquodq; istorum faciendū aut
plus vno. ꝛ ī quo tēpore: eo q tp̄s est vna ex rebus valde
necessariis ī hac arte. ꝛ ꝓpterea dixit Hyp. q tp̄s sit acu-
tum: hoc est q tēpus medicine latitudinē paucā habꝫ. Et
dicimus q flobotomia fieri nō debꝫ: nisi signa multi san-
guinis apparebūt: sed melius est vt fiat quādo nō est ma-
licia: nisi quātitatiua sicut superius dictū est. Et temp⁹ fa-
ciendi sequit̄ fortitudo: qꝛ f̄m plurimum fortitudo virtu
tis plus est in principiis egritudinū: ꝓpter hoc ordinaue-
runt quidā fieri flobotomiā in principiis egritudinum. ꝛ
multi sunt egrorum qui flobotomiā patiūtur vsq; ad vl-
tra. 7. diem. Et ad remouēdū illoꝝ errorē dicit. G. q de-
bilitatē virtutis aut fortitudinē non sequitur numerus
dierum. Et quātitas flobotomatiōis recipit̄ a fortitudīe
egritudinis: ꝛ a complexiōe ꝛ ab etate: ꝛ tēpore anni: con-
suetudine: dieta ꝛ conditiōibus aliis. Sed bonitas virtu
tis ꝛ eius malitia sequit̄ malitiā complexiōis ꝛ eius boni
tatem. ꝛ ꝓpter hoc ponitur a medico in vno genere. Sed
euacuatio que fit aperiendo oppilatiōes fit incidēdo hu
mores ꝛ subtiliando ipsos ꝛ digerēdo ipsos ꝛ rectificādo
illud quod potest rectificationē accipere: ꝛ expellendo il-
lud qđ nō potest rectificari: ꝛ hoc fit in omnibus febrib⁹
ꝛ maxime in illis que nō sunt incensiue: ꝛ etiā in omnib⁹
horis seu tēporib⁹ egritudinis: eo q materia putrida non
rectificat̄: nisi his duabus rebus. s. expellēdo illud qđ re-
ctificari non potest. ꝛ rectificando quod potest rectifica-
ri queadmodū fit ab hominibus volentibus putrefactio
ni obuiare. Et necesse est regere naturā cōtinue in prouo
cando vrinā. Sed qꝛ maior pars haꝝ medicinaꝝ est cali
de ꝛ sic. cōplexionis vt est semen apii ꝛ feniculi ꝛ similiū.
ꝛ possibile est vt ex tali opatiōe febris augmētet̄. ꝛ ꝓpter
hoc necesse est vt frangātur eaꝝ virtutes prime cū reb⁹
frigidis ex natura sui adiuuantibus illā operationē. ꝛ ta
lia sunt semina melonis cucumeris ꝛ hoꝝ similiū: ꝛ sunt
etiā ex medicinis haꝝ opationum que sunt tēperate vel
pauce caliditatis: quas damus febricitātibus: sicut capil
lus veneris ꝛ endiuia ꝛ similia. Et ī summa ītelligere de-
bemus q quando operari volumus medicinas calidas
q frāgere debemus eaꝝ virtutes: ꝛ in his predictis me-
dicinis inueniūtur due res. s. incisio ꝛ subtiliatio. Et scias
q euacuatio per vrinā est ex medicinis magis māifestis
in febribus. Et he medicine aliquādo īducunt angustiā
ꝛ inquietudinē ꝛ corruptiōes stomaci ꝛ epatis: ꝛ ꝓprie in
fine febriū cronicaꝝ: ꝛ ꝓpter hoc ɔuenit vt eis admiscea-
tur ea que habēt confortare membra p̄ncipalia sicut bul
liendo in aqua predictaꝝ aliqđ masticis. vel vt bibāt aq̄
illam cum zuccaro ro. ꝛ in his cōuenit nobis magna exer
cere. s. in cōfortando: subtiliando: ꝛ incidendo. Et si mate
ria huius febris fuerit humor frigidus ꝛ sic. opꝫ vt absti-
neat ab his. s. calidis ꝛ sic. eo q ista sicca non debes quar-
tanariis exhibere. ꝛ si vis ei propinare debes hoc facere
frangendo siccitatē earum cum radice liquiricie ꝛ zucca
ro viol. Sed qꝛ zuccarum viol. habet virtutem relaxati-
uam ꝓhibere poteris cum passulis: qm̄ optime existunt
in hoc casu: ꝛ sunt necessarie: scilꝫ passule in remouendo
siccitatē superfluā squinzibi. s. syrupi acetosi: eo q habet
mordicare membra neruosa. s. ysophagum seu meri ꝛ sto
macū ꝛ cannā pulmonis: ꝛ aqua ciceris cōfert in maiori
parte febrium. ¶ Et q̄uis aqua ordei sit frigida ꝛ humi-
da habet mūdificare vias a superfluitatibus: ꝛ abstergit
ꝛ lauat vias absq; inflāmatione: ꝛ est ex medicinis lauda
bilis valde in hoc casu. Et ꝓpter hoc squinzibi ꝛ aqua or
dei laudata sunt in curis febriū. Sed aqua ordei interdū
ori stomaci habet inducere nocumentū: ꝛ ꝓpter hoc indi
get rectificatione. s. ponēdo in rotulo dimidio aque ordei
characterem vnū ex mastice. s. pondus. 4. granorum or-
dei: ꝛ hec omnia indigēt cōsideratione. s. opponēdo se pe-
riculosiori ꝛ fortiori f̄m plus ꝛ minus. ¶ Medicine enī
laudate in relaxatiōe nature sunt que habent has secun-
das virtutes. s. relaxare ꝛ qualitati febrili obuiare: ꝛ tales
sunt tamarindi et benefeg. i. viole ꝛ tereniabin seu māna
ꝛ medulla hathee. Sed opꝫ vt vitemus dare mirabola-
nos ante digōnē ꝓpter stipticitatem ipsoꝝ: sed alublep. i.
corrigiola optima est in principio febris: q̄uis aliquā ha-
beat caliditatem. ¶ Ordo autē medicinarū in mollifi-
cando naturā est quā dicturus sum. s. tereniabin primo.
scđo benefeg. i. viol. tertio tamarindi: postea alublep: me-
dulla cucumeris saracenici. s. anguine: ꝛ postea karsabar
. s. cassia fistula: deinde mirabol. ꝛ conueniens est omnib⁹
febribus vti contrariis a tota specie putredinis febrilis.
Sed qꝛ he medicine pro maiori parte calide existūt sicut
sunt species: ideo in modica quātitate de ipsis ponere de-
bemus: ꝛ frangere debemus earū virtutes primas. Sed
medicinis que hanc exercent operationem absq; calefa-
ctione vti debemus in hoc loco: sicut est vinum pomorū
granatorum: ꝛ sandali albi ꝛ rubei: ꝛ tabazir. i. spodium.
Sed in sandalis aliqua existit opilatio: ꝛ cum rectificata
fuerit medicina materia vtilis existit. ¶ Sed medicine
que hn̄t infrigidare ꝛ humectare sunt diuerse vel varie vel
multe f̄m diuersitatē ꝛ multitudinē febriū in quātitate
calidarū ꝛ paucitate earūdē. ¶ Et ordo harum medici
narū est talis: qꝛ primo danda est aqua ordei: ꝛ postea sy
rupus iulep: ꝛ est syrupus f̄m quosdam factus ex aqua ro
se ꝛ zuccaro solum: sicut laudauerūt aliqui noui. Sed ꝓ-
pter siccitatem aque rosate ponendum est tantundem
aque simplicis. et plus et minus scđm q videtur conue-
nire. et qui magis fortis existit est syrupus factus ex suc-
cis frigidis et humidis: sicut est succus cucurbite: et cu-

cumeris saracenici: et citrulorum et melonum: et sunt exterius coloris citrini: et interius sunt cōtinui et albi: sed qd̄ fortius existit est bibere succū predictorum absq̄ zuccaro. et maxime succū anguine. s. cucumeris saracēici: eo q̄ ꝯtrariatur colere a tota suba sua. Sed tempus in quo de necessitate debemus purgare materiā peccantem cū medicina attractiua est hora in qua exuberat malicia hūoris exeuntis in qualitate. et iam declarauimus superiꝰ. et hoc facere debemus forti existente virtute. et tunc est certum quādo signa digestionis apparēt: quoniā eo tempore collaudat̄ euacuatio facta a natura: eo q̄ virtus expulsiua nō mouetur ad expellēdum superfluitates per viam naturalem nisi facta digestione: et in hac arte imitari debemus opera nature toto posse. Et scire debes q̄ facta digestione fit descēsio et expulsio absq̄ aliquo impedimento grossitudinis vel viscositatis vel oppilationis. Sed quādo non apparet digestio. tūc dissensio inter medicos reperitur: eo q̄ G. et maior pars medicoꝝ dicūt q̄ minime purgare debemus nisi materia sit digesta: nisi egritudo fuerit in vltimo acuitatis. Et hoc intelligere possumus ex dictis hypocratis: quoniā quādo egritudo est ī vltimo acuitatis: tūc humores sunt in vltima furiositate: et non est securitas quin descēdant ad quedam membra principalia et ledant ipsa nisi sint euacuati in ꝑncipio egritudinis: eo q̄ humores qui acutissimi existunt sunt subtiles: et q̄ ibi nō est grossicies nec viscositas que ꝓhibeat operationē medicine laxatiue. Et nō potest inde ꝑuenire nisi vnū solum nocumentū: qd̄ est: q̄ medicine laxatiue suis qualitatibus ꝑmis augmētant febrē. et illud potest remoueri miscēdo cū eis frigida et humida ſm q̄ cōuenit. Sed qñ egritudo nō est peracuta valde: sed est quieta: tunc expectanda est digestio. Et scire debes q̄ egritudines que acute sunt in terris Hypo. in terris nr̄is peracute sunt: et hoc manifestat̄: q̄ hyp. non curabat egritudines acutas nisi cū aqua ordei et melicrate. et postq̄ ita est: egritudīes acute nostre regiōis et aliaꝝ calidaꝝ terraꝝ medicande sunt cū medicinis attractiuis vel laxatiuis in ꝑncipio egritudinis. Et in egritudinibus peracutis ꝑ maiori parte hūores corrumpūtur circa orificium stomaci. et ꝑpter hoc qñ apparet abundātia sanguinis. lʒ nō sit superflua euacuare debemus: quoniam inde magnū ꝑuenit iuuamētum: et in continēti quiescit valitudo egritudinis: nisi sit qd̄ prohibeat ex rebus supra dictis. Sed quādo egritudines nō sunt acute: sed sunt ex humoribus mucillaginosis et viscosis et indigestis ipsas euacuare et purgare debemus post subtiliatōem et incisionē: et hec est digestio eoꝝ: alioqn nō opꝫ cū medicina purgari. Sed egritudines que non sunt acute et sunt ex humoribꝰ subtilibꝰ: sicut est vera tertiana que nō transit vltra. 7. perydos: dicit Auicē. q̄ expectare debemus digestionē: eo q̄ digestio hūoris subtilis est eius ingrossatio et grossi est eiꝰ subtiliatio: et sicut difficile est virtuti expulsiue expellere humores grossos propter sui grossiciē: sic difficile ē virtuti expulsiue expellere subtilē: q̄ disrūpit̄ et dispergitur ꝑpter sui subtilitatē. quare difficile existit nature expellere hūores grossos: eo q̄ oppilant meatus et trāsitus: et subtiles: q̄ disrūpūtur et spargūtur et imbibunt̄. tamē medicine laxatiue citius expellunt et facilius humores subtiles q̄ grossos. Et ꝑpterea quidam medici dixerūt q̄ nunq̄ dederunt aliquā medicinā laxatiuam ad purgādum aliquem humorē quin colera ꝑus purgaret̄ propter sui leuitatem et subtilitatem: et adhuc magis q̄ quando dantur medicine laxatiue q̄ trahere et purgare debēt melācoliam: aut flegma grossum et viscosū a proprietate et sui natura prius ille eedē trahūt coleram et expellunt. Et hoc idem manifestat intellectus q̄ subtiles humores habiliores sunt ad purgādum et expellendum grossis: quamuis hoc non fit ex opere nature: quoniā si sic faceret natura: illud qd̄ prius exiret in egritudinibus acutis esset colera: eo q̄ tales egritudines pro maiori parte fiūt ex humoribus subtilibus: et quāto sunt subtiliores tanto difficilius a natura expelluntur. Et propter hoc dicimus q̄ minime tardare debemus in peracutis exhibere purgationes: neq̄ expectare ad perfectā digestionē: q̄ nō est tutū quin mala qualitas predominet̄ nature: et tunc erit mala digestio expectanda cum diffiducia liberationis. Et postq̄ ita est q̄ purgare debes non facias illud nisi primo frangas suā caliditatem et siccitatē: Sed in febribus flegmaticis et melācolicis Rasis in ꝑncipio earum purgabat: et hec erat eius opinio oīno. s. purgare in principio febris. tamen. G. dicit contrarium manifeste. s. q̄ minime debemus in principio febrium melācolicarum. et illud idem dicit in epistola ad glauconē. Et illud est quia finis harū egritudinum est securus: nec expectat̄ digestio mala: sed flegmatica est male determinationis. et propter hoc necessarium existit vt infirmus euacuetur preter q̄ expectet̄ digestio perfecta: et ꝑpter hoc medicus prius incipere debet a medicinis subtiliatiuis et incisiuis per hebdomadam vnam: quia non timemus calorem huius febris cum sit debilis vt magnum inferat nocumentum: et cum hoc fecerit tunc medicus purgare incipere debet. Et demonstratio huius est illud qd̄ vides fieri in apoplexia: et etiā in sitibus egritudinibꝰ timorosis fridis: q̄ īcipīmus in talibus ab eūatiōe ponēdo in medicinis laxatiuis incisiua et subtiliatiua. Et mihi videtur impossibile recipiēdo syrupū squinzibim ꝑ hebdomadā vnā factū ex decoctiōe radicū lily celestis: et semis apy: et liquiritie quin ꝑparet hūores: et digerat: et leuiorem faciat exitū a corpore: et q̄uis totꝰ humor non eūet̄ a corpore: tñ natura īde alleuiationē suscipiet oīno. Et inde redire debes ad īcidēdū et subtiliādum per aliam hebdomadam: queādmodum diximus: et postea purgare: q̄ taliter opando hūores habiles reperiunt̄ ad expellēdū. Et simile hoc est homini ferēti graue pōdus: qñ qñ ferre non pōt ipꝫ: et diuidit ipm in partes facilius tolerat ipsas: et postq̄ natura fuerit alleuiata: tūc digestio laudabilis apparebit: et rectificabitur dn̄o cōcedente. Et hoc melius existit valde q̄ infirmū dimittere egritudini et nature. s. si videbis naturā egritudini ꝑualere: tunc dietā et regimen infirmo iubebis: et hoc ī arte mīme collaudat̄: qñ nisi nature violentiā feceris vel adiuuando ipsam nihil boni ei feceris: nisi q̄ verba ei dederis retinēdo ipsum. Et istud idem regimen facere poteris in febribus melancolicis: et sic facimus hominibus sanis quando volumus ipsos purgare. s. q̄ ipsis digestiuū ꝑpinamus ꝑmo ad subtiliandū humores et vias aperiēdo: sic et in egritudinibꝰ oꝫ facere: tamen in egritudinibus maior diligētia est adhibēda: eo q̄ earū humores difficilius recipiūt digōnē. Et hoc manifestat̄ in opere G. in labore spontaneo febri propinquo: quoniā ipse purgabat omnes humores facientes hunc laborem preter humores viscosos mucillaginosos: eo q̄ omnes cōcordare videntur q̄ tales non sunt purgandi. G. autē videtur q̄ euacuare debemus habentes hanc febrem per fricationem solum. Ego autem affirmo q̄ climata in hoc multū sunt consideranda: propter hoc non est danda regula generalis: quoniam mihi videtur q̄ etiam humores viscosi et mucillaginosi purgari possunt in his nostris regionibus: facta tamen incisione et subtiliatione per longū tēpus: et tunc tēpus digestionis abbreuiabis: et natura īde alleuiabit̄: et ex tunc videbis digestionē laudabilē. Et te opꝫ has res multotiens experiri: q̄ experiētia in his rebus non modicā virtutē habere videtur. qd̄ scripsimus de hoc in hoc loco sufficiat.

¶ Caplm.X. Quod est de cibatione ꝛ fricatiõe ꝛ balnea
tione febricitantium.

DIco ꝙ cibus dari nõ deberet febricitãtibus
vsqꝫ ad statũ egritudis.ꝛ hoc vt natura tem/
pus habeat digerẽdi hũores faciẽtes egritu/
dinẽ ꝛ ipsos expellẽdi: sed qꝛ virtus nõ ẽ suf/
ficiẽs oĩbus:te oꝫ ꝯsiderare egritudines:qm̃
si fuerit ex egritudinibꝰ peracutis:cuius status est propin
quus ꝛ crisis debet esse in septimo:ꝛ natura fortis existit:
tunc illud facere debes:ꝛ si virtus debilis fuerit nullate/
nus facere debes.Sed si virtus mediocris fuerit: ꝛ etas
fuerit iuuentutis cibabis ipsum aqua ordei:ꝛ mica panis
lota etiã cum aqua calida ad quãtitatẽ.ʒ.y.vel.y.ponde/
ris.ꝛ istud est subtilius regimẽ in nostro climate ẜm con/
suetudinẽ nostram.Sed regimen antiquũ subtilius erat
nihil dare ꝑ hebdomadam vnam: ꝛ quãdo volebant in/
grossare dabant aquam mellis soluꝫ.Sed hoc ferre non
possunt illi qui sunt nostri climatis ꝓpter complexioneꝫ
aeris ꝛ consuetudinem.Sed in climate illoꝝ corpora ha
bent minorem resolutioneꝫ: ꝛ cum hoc bibunt vinũ non
in modica quãtitate ꝛ comedunt carnes porcinas:q̃ duo
sunt plurimi nutrimenti . Et generaliter cõsideranda est
consuetudo:quoniã qui cõsueti sunt comedere ter in die
non possunt predicta sustinere:ꝛ maxime habentes com/
plexiones calidas ꝛ resolubiles. Et si cognoueris statum
egritudinis esse longuꝫ ꝛ virtus infirmi fuerit debilis ci/
bandus est plusq̃ꝫ diximus in principio:ꝛ cũ status appro/
pinquabit minuendus erit:ꝛ totũ hoc est intelligendum
forti existente virtute:ꝛ fortitudo virtutis existit in com/
plexione forti.Sed qui habẽt complexiões calidas ꝛ sic/
cas pauci ex his famẽ possunt sustinere:ꝛ maxime in egri
tudinibus sibi cõsimilibus ꝛ in temporibus calidis: eo ꝙ
quando talibus pati fameꝫ fecerimus: febres eoꝝ ad in/
censiuas declinare faciemus:quãuis debiles existant in
radice vel ad ethicam:qꝛ in complexionibus consimilibꝰ
multiplicãtur qualitates male sui natura:ꝛ magis quan/
do eis facimus sustinere famem multiplicant̃ ꝛ adurun
tur humores.Et hora cibandi eos est in declinatõe paro/
xismi primi.ꝛ ante principiũ secũdi vt natura habeat spa/
cium digerendi humorẽ in tempore paroxismi: ꝛ hoc me
lius existit.s.confortare virtutẽ ne ei accidat accidens pe
riculosum:cui necessarium sit cibũ ꝓpinare vt in sincopi
ex resolutione.Sed si timuerimus aliquod ex his cibabi
mus eos in ꝑ̃ncipio paroxismorum:quoniã inde eos a sin
copi taliter liberabimus queãdmodum recitat Halie.de
puero qui precepto medicoꝝ sustinuerat famem tribus
diebus.Et aliquando conamur cibare ipsos in medio pa
roxismoꝝ.In febribus autem cõtinuis horã cibandi eli/
gere debemus in qua maioris existũt quietis:cõsideran/
do tamen consuetudinem.Et ex horis diei meliores sunt
frigide.s.mane ꝛ sero.Et scias ꝙ balneum in declinatiõe
febrium collaudat̃:quoniã superfluitates euacuat subti/
les.In principijs vero minime:qꝛ rigores habꝫ ꝓuocare:
ꝛ dissoluit humores ꝛ multiplicat opilationes : ꝛ spargit
superfluitates ꝑ corpus totũ:ꝛ nõ est tutũ quin inde ꝓue/
niat apostema in aliquo ꝑ̃ncipali membro.ꝛ quanuis hu/
mores euacuet: multiplicat tamẽ caliditatem ꝛ siccitatẽ
febrileꝫ: siue fuerit ex aqua calida factũ: siue ex aere cali
do.Et necesse est vt corpora taliũ non tangant̃ aqua frigi
da:quoniã humores efficit crudos.ꝛ ꝓpter hoc balneum
fieri nõ debet nisi post factã declinationeꝫ. ꝛ in febribus
que nõ sunt acute.Uina quoqꝫ aromatica ꝛ leuia q̃ modi
cam aquã sustinere possunt flegmatice ꝛ melancolice ex/
hibere possumus:sed in incensiuis a vino omnino elõga/
re debemus.Halie.quoqꝫ curabat febres que erãt ex hu/
moribus mucilaginosis cuꝫ fricatione ꝛ hoc.indiget con/
sideratione:quoniam nõ est tutũ quin humores spargan/
tur ex fricatiõe per totũ corpus.Et ipsemet precipit in li/
bro de conseruatione sanitatis ꝙ ille qui habet laxitudi/
nem ꝛ corpus eius fuerit plectoricum vel plenum humo/
ribus mucillaginosis vt minime moueatur vel exercite/
tur:neqꝫ balneũ intret neqꝫ faciat fricationẽ ꝛ similia: eo
ꝙ fricatio nõ euacuat ex humoribus nisi ꝗ sunt subcuta/
nei ꝛ inter musculos.qui auteꝫ sunt in venis nullatenus
euacuari possunt nisi cũ medicinis laxatiuis.Et etiam vi
des ꝙ si sanus faceret fricatõeꝫ preceptaꝫ ab ipso in laxi/
tudine.s.ita magna:de necessitate cutis apostemaret̃ : eo
ꝙ fricatio hec in vltimo grauitatis existit.ꝛ illis maxime
ꝗ hãc patiunt̃ egritudinẽ cũ in laxitudine semꝑ videant̃
esse. ¶ Iaꝫ g̊ sufficienter scripsimus sicut nobis videtur
generaliter curas febrium putridaꝝ.nũc aũt redibimus
ad curam vniuscuiusqꝫ particulariter.

¶ Caplm.XI.Quod est de cura febrium colericarum.ꝛ
primo de cura tertiane.

HEc febris si fuerit pura tertiana erit secura
absqꝫ periculo.Et scimus certissime ꝙ natu
ra habebit dominiũ suꝑ hunc humorẽ.ꝛ pro
pter hoc nõ debemus eũ mouere cũ medici/
nis attractiuis sicut est scamonea:eo ꝙ recti
ficãdo eam q̃ꝫtum plus possumus semꝑ mẽbris principa
libus habet inducere nocumẽtuꝫ.ꝛ ꝓpter hoc virtutem
debilitat:ꝛ auget etiã caliditatẽ febrilẽ ꝛ siccitatẽ suam:ꝛ
si aliud nõ induceret nocumentũ nisi conamen surgendi
ꝛ decũbẽdi modicũ nõ inueniret̃:qꝛ cõplexio inde suꝑca/
lesit ꝛ debilitat̃.Sed apparẽte signo digõnis non est ma
luꝫ dare aliquã medicinã attractiuã in hunc moduꝫ.s.qꝛ
primo dare debes ea que ꝑ̃mo hñt lenire mãm ꝛ hũecta/
re sicut syrupum viol.ꝛ tamarindi.ꝛ ad reprimẽdũ nocu/
mẽtuꝫ stomaci adde aliquid ex mastice: ꝛ reubarbarum
in hoc loco optimũ existit:qm̃ reprimẽdo nocumẽtuꝫ pre
dictarũ laxat.Et quantitas quã dare debes ex reubarba
ro est a duabus.ʒ.vsqꝫ ad tres miscendo ei syrupũ iulep ꝛ
squinꝫibin ana.℥.i.cuꝫ.v.partibus aque frigide:ꝛ ĩfra diẽ
potabis cuꝫ aqua ordei:ꝛ hoc faciẽdũ est omni die nisi na
tura moueret̃ bis in die ad assellaꝫ:sicut ꝯuenit:ꝛ si natu/
ra moueretur ex hac medicina vltra q̃ꝫtitateꝫ minue ẜm
portionẽ ex ea.Et sumus ꝯtenti in hac febre ex infrigida
tione ꝛ humectatione cum aqua ordei ꝛ syrupo iulep.eo
ꝙ hec febris non existit intẽse caliditatis cũ sit ex colera
naturali.Et sumus ꝯtenti oppilationes ipsius remouere
cũ aqua ordei ꝛ squinꝫibin solũ cum modica in ea reꝑiat̃
oppilatio ꝛ forsitan nihil.Et facta digestione si sufficit da
re mirabolanos citrinos bene ꝗdẽ:sin aũt ꝓpina ĩfirmo
ex scamonea charateres.y.cũ tãtũdeꝫ masticis:ꝛ cuꝫ.℥.i.
syrupi de nenufare.ꝛ.℥.media syrupi maloꝝ. Syrupꝰ de
nenufare.qꝛ frãgit qualitates ipsiꝰ scamonee ꝑ̃mas.s.ciꝰ
caliditatẽ ꝛ siccitatẽ:et cũ hoc ꝯfortat aromaticitate sua
mẽbra ꝑ̃ncipalia.Et syrupus pomoꝝ:eo qꝛ frãgit eius sic
citatẽ:ꝛ remouet nocumẽtũ ꝑ̃ncipaliũ mẽbroꝝ ab ipsa:ꝛ
mastix qꝛ ꝯfortat ꝛ remouet nocumẽtũ ꝑ̃ncipaliũ mẽbro
ruꝫ:ꝛ medici iam ipsis vsi fuerũt ad occultãdũ malitiam
scamonee.Et si timebis debilitatẽ infirmi cibabis ipsuꝫ
mica panis lota.ꝛ iam testificauit.Y.ꝙ nisi fuerit ex erro
re ꝙ hec fe.nõ trãsit.i4.diẽ etiã si fortissima fuerit.Sed
si hec febris nõ fuerit ex pura colera sed erit ex vitellina
vel prassina vel eruginosa non euadit hic absqꝫ periculo
magno:ꝛ maxime qñ fuerit ex prassina vl' eruginosa:ꝛ mi
hi videt̃ impossibile ꝙ aliquis ab eruginosa euadere pos
set.Et he febres longos habent poxismos ꝛ pessima acci/
dentia.ꝛ ꝓpter hoc indigent purgatione cũ medicina at/
tractiua quam suprascripsimus.prius ablata caliditate ꝛ
sicci.ipsius.Et non est malũ vt misceas ipsi medicine ali/

quid ꝺ polipodio qꝺ arabice ꝺr̄ belbeg: eo ꝙ purgat colerã adustã ⁊ grossã ⁊ melancoliã. postq̃ fregeris siccitatẽ ei⁹ cũ oleo amigdalaꝝ dulciũ. ⁊ apire opillatiões i hac febre ꝓpriũ existit nisi fuerit excedẽtis calitatis: qꝺ si fuerit: tũc intẽdere debes solũ ad ĩfrigidãdũ ⁊ hũectãduz.

¶ Caplm. XII. Quod est de cura causonidis.



Ec febris est intẽsi caloris ⁊ prauoꝝ accidẽtiũ. ⁊ ꝺr̄ incensiuaꝝ: impossibile est ꝙ hec ex colera naturali generet̃. Et in ista ꝯueniens existit purgare cũ medicina attractiua a principio ipsi⁹: ⁊ minuere ex sanguine si signa sanguinis apparebũt dãdo ei omni die decem aureos tamarindoꝝ infusoꝝ in aq̃ simplici absq̃ syrupo ⁊ aliqua alia re dulci: ⁊ post dabis ei bibere aquã ordei: ⁊ postea ꝑ totũ diẽ potabis cũ aqua angurie. ⁊ hoc regimen ꝓpriũ existit omnibus febrib⁹ que sunt i vltima caliditate: ⁊ nõ dimittas aquã angurie ⁊ aquã sup niuẽ infrigidatã: q̃n si ꝯuerteris hanc febrẽ in lentã ⁊ cronicã melius longe existit q̃ vt eger moriat̃. Et hoc etiaz dixit Abumeron Auenzoar de quodaz puero quẽ ipse medicauit: cui dabat omni die aquã angurie: ⁊ quottidie colerã vomebat. ⁊ tamẽ taliter fuit opatus donec illa febris conuersa fuit ad cronicaz: ⁊ inde liberatus fuit. Et mihi videt̃ ꝙ aqua angurie longe melior existit q̃ aqua in niue ĩfrigidata in hoc casu: eo ꝙ aqua in niue ĩfrigidata q̃uis sit in vltima frigiditate velociter tñ recipit caliditatẽ ⁊ adhuc magis: q꞉ aqua cũ sit simplex nihil restaurat neq̃ ꝓstat corpori nisi frigidã q̃litatẽ soluz: sꝫ aq̃ angurie restaurat ⁊ addit i sanguinẽ faciẽdo frigidã subam ⁊ qualitatẽ. Sꝫ quãdo febres erunt lente ⁊ lõgi erũt ꝑoxismi: ⁊ certus cris ꝙ nõ ex colera pura erunt: sed erit ex vitellina que nãli frigidior existit: tũc studere debes plus in aperiẽdo oppilationes q̃ in infrigidãdo contrarium eius qꝺ fieri dꝫ in illa q̃ fuerit ex colera pura: q̃uis raro tales ĩueniant̃. Et laudabiles medicine in hac pte sunt q̃ hñt virtutẽ apitiuã absq̃ forti caliditate sicut capillus veneris. ⁊ radix apy. ⁊ semẽ feniculi frangẽdo siccitatẽ coꝝ cũ radice ligricie. ⁊ caliditatẽ cuz violis. ⁊ flore nenufaris. ⁊ semib⁹ cõibus. Et studeas ponere in medicis res q̃ hñt mẽbra ꝑncipalia cõfortare. sicut est mastix ⁊ spica nardi ꝯponẽdo ista cũ syrupo sq̃nzibin. Et esto studiosus ponere in medicis solutiuis q̃ hñt colerã euacuare cũ q̃ntitate flegmatis sicut ẽ semen bruli. i. semen chartami. frangẽdo tamẽ caliditatem ⁊ siccitatez coꝝ. Et hec est cura omniũ febrium colericaꝝ.

¶ Cap. XIII. Qꝺ est de cura febris flegmatice.



